751114

18 Lio Xbr Darany ba tör
tsáva f. Somogy vmegyeb
eppeau Sabeda lévén, mint
den erőltetés nélkül, ere
jömpét járúlékos Israeli
Böhm Emanuel beke
Adotta vni Nevét, hu
tehát át vettem a nél
Zül is,

Arumba a Eschekség
vagy Tőllem jo Nevem
e Kedves Bloch W.

Nemes

JACOBI ALTING

FUNDAMENTA PUNCTATIONIS

Linguæ Sanctæ.

Cum duplici Indice tàm locorum Scripturæ quàm præcipuarum anomaliarum.

EDITIO QUINTA.




DE BALLAGI MÓR.

1692

GRONINGÆ,

Typis GYSBERTI LENS,
Typographi & Bibliopolæ.
cIↃ IↃC XCII.

EGYETEMI KÖNYVTÁR DEBRECEN



Viris Reverendis, tam Divinarum quàm Hebræarum literarum gloriâ Celeberrimis,

D. JOHANNI BUXTORFIO, S. Theologiæ Doctori, ejusdemque ac Linguæ Sanctæ in inclytâ Basileensium Academiâ Professori meritissimo:

D. JOHANNI HENRICO HOTTINGERO, in almo Tigurinorum Lycéo Historiæ Ecclesiasticæ, Linguarum Orientalium, & Logicæ Professori dignissimo:

Fautoribus & Amicis observandis

S. P. D.

JACOBUS ALTING.

Admodum Reverendi Clarissimique Viri,

ARs Grammatica, seriùs licet inter Hebræos tradi cœpta, à nullis tamen augustius nomen tulit, quàm à Rabbinis: utpote quam דקדוק *Subtilitatem* nuncuparunt. Etenim subtilioris cujusdam solertiæ esse, & quidem haut immeritò arbitrati sunt, cum Literas & Puncta, tum ipsarum vocum naturam, originem & inflexiones exactius perpendisse, ac vulgò commonstrare posse: perinde ut Latini, Suetonio teste, illud acutè scienterque dicere aut scribere Grammaticorum esse censuerunt. Magnam in isto genere subtilitatis operam posue-

runt omnium ætatum Grammatici Hebræi: quamvis non idem omnes institutum sint secuti, Primi quidem, eorumque anteſignani Maſorethæ, literas numerare, puncta vocalium & accentuum obſervare, convenientias vocabulorum eorumve differentias ac variam ſcripturam annotare ſat habuerunt: qui labor nihilominus eam Subtilitatis famam apud poſteros nonnullos, imprimis Eliam Levitam, ipſis confecit, ut primi punctorum omnium autores inventoreſque prædicarentur. Videntur tamen iſti in primordiis duntaxat, & infantiâ Grammaticæ artis, ut Iſidorus loquitur, verſati fuiſſe; quæ ſolo legendi ac ſcribendi artificio conſtabat, & olim propriè Grammatiſtica dicta fuit, ut Clariſſimus Gerhardus Johannes Voſſius, lib. 1. de Arte Grammaticâ cap. 1. ex Philone & aliis veterum demonſtrat. Longè autem ulterius proceſſerunt poſteriores, qui non tam prima elementa docuerunt, quàm totius linguæ indolem obſervârunt, præceptis ceu legibus quibuſdam deſcripſerunt, ἀγαλογίας & ἀνωμαλίας doctrinam conſignârunt, origines indagârunt, proprietates vocum explicârunt, denique quicquid ad autorum interpretationem faceret, tradiderunt: eoque non amplius Grammatiſtæ & mediocriter imbuti, ſed literis perfecti, atque adeò abſolutè Gtammatici dici meruerunt. Hoc ſibi præſtandum ſumſit Hebræorum Grammaticorum Princeps R. David Kimhi: quemadmodum profitetur ipſemet, rationem

tionem redditurus impositi à se libro suo nomi-
nis, in præfatione Michlol: קראתי שמו ספר מכלול
כי רציתי לכלול בו דקדוק הלשון ושנינו כדי שיהיה מזומן
לתלמידים כל מה שיצטרכו לדקדוק ולענין: *Vocavi nomen ejus Liber Michlol, Perfectionis: volui enim illo perfectè complecti Grammaticam Linguæ & Significatum ejus; ut paratum haberent discipuli, quocunque indigerent, ad Grammaticam vel Significationem pertinens.* Cujus proinde Viri vestigia presserunt, quotquot eum secuti sunt Linguæ Sanctæ magistri, non Judæi modò, verùm etiam Christiani; sic tamen ut hi lumen facilioris ordinis adhiberent; quæque illa præcepta eruditè congesserant, ad leges methodi accuratiùs disponerent. Quos inter Celeberrimus Buxtorfius Pater libris suis Grammaticis, maximè Thesauro, ob sui utilitatem sæpius recuso, palmam successuris æquè ac antegressis præripuit. Atque ita tandem Hebrææ quoq; linguæ artificium Grammaticæ artis perfectionem obtinuit. Enim verò quod ingeniosissimus Julius Cæsar Scaliger in præfatione libri de causis Linguæ Latinæ, in eâdem desideratum fuisse testatur, quòque excitatum se scribit ad aliquid de eâ re commentandum, idem in Grammaticæ Hebrææ tractatione mihi usuvenit propemodum. *Quibus*, inquit ille, *legibus Latina Lingua sese adstrinxisset, cùm ante nos multi scitè admodum ac sapienter memoriæ prodidissent, neque earum constitutionum rationem ullam reddidissent; sanè vel hoc*

ipso animum meum vehementer excitârunt, quòd arbitrabar id quoque ab illis præstari potuisse. Tradiderant enim Hebræorum quoque Grammatici quibus sese legibus Hebræa lingua devinxisset, atque hîc diligentiam suam ac fidem luculenter probârant: illarum verò regularum rationem vel nullam, vel saltem non ubique & quantum potuisset, reddiderant. Non quòd adeò difficile ipsis foret, sed quòd veterum sanctionibus inhærendum existimarent: ac sufficere crederent discipulis suis, si τὸ ὅτι præceptorum per exempla demonstrâssent; etiamsi τὸ διότι eorundem per causas non asseruissent: quod ipsorummet diligentiæ pervestigandum relinquerent. Neque ego olim, cùm primùm ad hanc linguam pernoscendam animum applicui, plura requiri arbitrabar. Sed postquam ejus docendæ provincia mihi cessit, ratio nonnunquam à me postulata fuit, ad quam ipsa quoque exempla, confirmandis præceptionibus allata, exigerentur: Quod discipulorum postulatum ad regulas rationesque penitius indagandas me invitavit. Profiteor autem ingenuè mihi hic accidisse, quod R. Chaninam de se testatum ferunt: הרבה למדתי מרבותי ומחלמידי יותר מכלם: *Multa didici à præceptoribus meis, sed à discipulis meis plura, quàm ab illis omnibus.* Nam dum isti in causas variè inquirunt, atque ego eas, prout occasio ferebat, suggero, natæ sunt mihi sub manu quædam annotatiunculæ, ad interpretationem canonum Grammatico-

maticorum facientes, quas suis exemplaribus adscribere Studiosi solebant: plurimæ verò rationes, quibus illic locus satis commodus non dabatur, vivæ explicationi, ut sic loquar, plerunqua reservatæ fuerunt. Quas tamen vel sollicitè consignare, vel in artis systema congerere nec voluntas fuit, nec consilium: quia persuasum habebam linguæ Hebrææ studia non tam paucitate Grammaticarum laborare, quàm nimiâ earundem multitudine premi; adeóque magis ex re fore, si quis de minuendo potiùs quàm de augendo illarum numero cogitationem susciperet. Ab hâc nihilominus sententiâ dimovit, & aliorsum tandem inclinavit discipulorum quorundam serium ac constans desiderium: qui cùm per ea, quæ acceperant, facilitatis aliquid atq; etiam soliditatis allatum putarent, longè ampliora & accuratiora sibi pollicebantur, siquidem & reliqua legitimo ordine traderentur. Horum enim commodis, uti æquum erat, votisque velificaturus, quascunque aliquot annorum observatione collectas aut meditatas habebam rationes, ad moderandam punctationem universam pertinentes, sub examen vocavi, à locutionibus minus commodis & dictionibus ambiguis liberavi, atque juxta leges methodi, quantâ licuit brevitate, digessi: hoc ubique enixus, ut omnis punctationis tam anomalæ, quàm analogæ causas per pleraſque Grammaticæ partes expedirem. Hæc quippe animo meo sedit persuasio, sic demum verè

דקדוק *Subtilitatem* fore Hebræam Grammaticam, quando ex ipsis Linguę principiis & fundamentis variæ illius ac multiplicis punctationis rationes ederentur. Quod cum hisce pagellis præstare conatus essem, easdem vobis, Viri Reverendi & Clarissimi, censendas offerre volui: obnixè rogitans, ut non tantùm ceu pignus ac testimonium ejus, quæ mihi est Buxtorfianæ observantiæ, ac Hottingerianæ necessitudinis faventi manu excipere, sed etiam pro exacto vestro in his literis judicio examinare, & sicubi hallucinatus fuero, etiam corrigere dignemini. Quod si à Vobis aliquam approbationem ista mereantur, tum his ac similibus aliis fundamentis innixo forsan ulteriùs progredi, & punctorum vocalium antiquitatem non à Tiberiensium quorundam post-Talmudicorum inventis, sed inde ab ipsismet linguæ incunabilis arcessere & asserere licuerit. Verùm de hâc controversiâ non est hîc dicendi locus; neque post Buxtorfium ea defensoris eget. Quare in his desino; Vosque, Viri Celeberrimi, ac studia vestra divinæ benedictioni committo, atque ut eundem porrò favorem & amorem erga me conservetis etiam atque etiam efflagito. Dabam Groningæ a. d. x. Kalend. Septemb. qui Academiæ nostræ natalis est, Anno æræ Christianæ cIↃ Ic CLIV.

Allocutio ad Lectorem Tertiæ Editioni addita ab Auctore B. M.

LECTORI BENEVOLO S.

TErtiâ vice prodit in publicum hæc Linguæ Hebrææ Institutio, quâ Fundamenta Punctationis ex intimis Linguæ principiis eruta indicantur, ut structura verborum ac sermonis universi exinde procedat. Primum specimen dedi anno 1654. qui Professionis Hebrææ undecimus erat, quando prima duntaxat lineamenta duxi, mutationisque causas monstravi in variâ punctatione principes, ex indole vocalium & syllabarum ratione apud Hebræos essentiali. Sed quod brevitas aliquid obscuritatis haberet, vice alterâ anno 1658. eadem magis aucta & elaborata reddidi; quamvis ne sic quidem sublata fuerit omnis obscuritas, neque indicatæ anomaliæ omnes, quæ hinc inde in Sacro textu occurrunt. Sufficiebant ista tamen eousque, ut discipulos & ad analysin, & ad genesin, sive compositionem quam vocant, satis haberem expeditos, quibus aliquis in Sanctam linguam amor, aliquod studium. Ego verò quæcunque ulteriore usu observabam, adscripsi meo codici, exemplaque collegi ipsius Scripturæ tam analoga, quàm anomala: atque ea tandem congressi & digessi in istam, quâ nunc est formam, conatus & explicatius loqui, & certius: præterea quæ à normâ declinant exempla singularia, revo-

revocare ad analogiam, & origines ac vias declinationis facere manifestas; ut non nisi paucissima neglecta putem, quæ punctationem attinent, quorum ratio non possit levi negotio hinc deduci. Absolvi istud operis jam ante annos complures, sed quod typographus priorum Editionum diceret aliquammulta exemplaria sibi restare, tametsi nullo prorsus pacto ipsi obstrictus essem, distuli, ut si distrahendi animus esset, non deesset temporis spacium. Dum verò differo, contigit hâc transire virum φιλεβραιότατον Gerhardum Reehorn, *natione Germanum, sed qui in Hollandiâ linguæ Hebræa rudimenta docebat non solùm Studiosos literarum, sed etiam quosdam de plebe, qui rudes omnis Latinitatis unius Scripturæ authenticæ amore ducebantur, ut eo sermone illam intelligerent, quo* θεοπνεύστως *dicta dictataque fuit. Is me salutans, methodumque quâ utor cognoscens, nullam suo instituto magis oportunam ratus est; eaque propter quamprimùm in Hollandiam rediit, Grammaticam meam Hebræam in Belgicum idioma transtulit, ac istam translationem mihi censendam transmisit. Admiratus hoc sum industriam hominis, facilè tamen observavi, non assecutum ubique meam mentem, imò versione ipsâ nonnunquam obscurâsse, ut non possem ipsi polliceri, quem optabat ac sperabat fructum. Ut autem laudatissimum ipsius propositum promoverem, juvaremque quâ se sustentabat institutionem, egomet aliquid tentavi in*

illo

illo genere, & ex hâc quam nunc do, epitomen contraxi Belgicam, meditatus terminos artis vernaculos, qui simul rem ipsam declararent: atque ad eundem Reehoornium illam misi, juxta cum Epistola Latina, quam ipse prater meam voluntatem, nec satis feliciter Belgicè expressit, eidemque meæ versioni præfixam in lucem emisit anno 1664. neglexit autem, contra quam faciendum monueram, addere Indices terminorum Latino-Belgicum & Belgico-Latinum, quanquam utilissimos, seu necessarios potius ad comparationem utriusque Grammatica. Cæterùm quia sic satisfactum erat aliquatenus illorum desiderio, qui urgebant Editionem ultimarum observationum, utpote quibus compendium earum præ manu erat, cogitationes evulgandi ulterius adhuc protelavi, causis etiam subnatis, quas recensere nunc supersedeo. At jam tandem enixiùs flagitantibus & instantibus amicis pro Epitome ipsammet pleniorem Institutionem publico exhibeo, punctorum mutationem docentem, quæ mihi prima fuit & est postrema hujuscemodi scribendi causa. De quo opere nihil dicam amplius, nisi hoc unum, si quis eo fuerit adjutus, si quis excitatus ad amandam & lectitandam Scripturam ipsam, si quis insuper in hujus cognitione profecerit, me voti mei damnatum iri; qui hanc quàm plurimis, in originali cumprimis linguâ, notissimam esse opto voveoque. Scripsi Groningæ die 17. Februar. 1675.

LUTHE-

LUTHERUS *in Comment. Psal.* XLV.

SÆpe monui ut Hebræam linguam discereris, nec eam ita negligeretis. Etsi enim ejus linguæ nullus alius esset usus, tamen pro gratiarum actione discenda erat, quòd pars quædam religionis & cultus Dei sit, eam linguam docere vel discere, quæ sola quicquid unquam divini est, docet. *Et post:* Arbitror nos habituros religionis nostræ hostes Hispanos, Gallos, Italos, & Turcas etiam, ibi certè cognitione linguæ Hebrææ opus erit. Scio enim quantum mihi contra hostes meos profuerit, quare hâc quantulâcunque cognitione infinitis aureorum millibus carere nolim. Et vos quoque dabitis operam, qui aliquando docebitis religionem, ut hanc quoque linguam discatis, si non pecora campi & indoctum vulgus haberi vultis, quod editis Germanicis libellis adjutum utcunque Euangelia Dominicalia & Catechismum docet.

ALPHONSUS MENDOZA *Doctor Salmanticensis in Quæst. positivis.*

DIco non posse meo judicio verè dici Theologum, qui in Ebraicis literis non mediocriter fuerit institutus.

ואוֹיבינו פלילים׃

FUN-

FUNDAMENTA PUNCTATIONIS *LINGUAE SANCTAE.*

Sectio I. de Literis.

Canon primus.



Linguae Hebraeae materialiter consideratae, prima principia sunt *Literae* & *Puncta.*

§ 2. *Literae* comprehenduntur Alphabeto, suntque numero xxii. naturâ omnes Consonae.

Ordinem illarum ipsa S. Scriptura, *Nomen* verò singularum, *Figuram Sacram*, nec non *Potestatem* tum *essentialem*, tum *accidentalem* in numerando, subjectum Schema exhibet.

Nomen.	*Figura.*	*Poteſtas.*	*Numerus.*
Aleph	א	(') *Spiritus lenis Græcorum*,	1
		indicari poteſt h *inverſo* q.	
Bheth	ב	β *cum aſpiratione*, bh.	2
Ghimel	ג	γ *aſpiratum*, gh.	3
Dhaleth	ד	δ *aſpiratum*, dh.	4
He	ה	(') *Spiritus aſper Græcorum*, h.	5
Vav	ו	*Digamma Æolicum*, v.	6
Zajin	ז	ζ ds, z.	7
Hheth	ח	hh, *vulgò* ch.	8
Teth	ט	τ t.	9
Jodh	י	j.	10
Chaph	כ	χ ch.	20
Lamedh	ל	λ l.	30
Mem	מ	μ m.	40
Nun	נ	ν n.	50
Samech	ס	σ ſ.	60
Ajin	ע	hhh.	70
Phe	פ	φ ph.	80
Tzadhe	צ	tz.	90
Koph	ק	κ k.	100
Reſch	ר	ρ r.	200
Schin, Sin	ש	σχ ſch, *vel* σ ſ.	300
Thav	ת	θ th.	400

Ordo iſte Literarum antiquiſſimus eſt, Codicis Biblici autoritate confirmatus, in quo plures exſtant textus Alphabeticâ ſerie conſcripti; ut ſunt Pſalmi 25. 34. 37. 111. 112. 145. & inprimis 119. qui ob verſus octo continuos,

tinuos, ab eadem literâ inchoatos, אלפא ביתא רבתא *Alphabetum magnum* appellatur: Præterea Proverb. 31. v. 10. & seqq. ac Threnorum capita quatuor priora. In aliquibus tamen horum textuum anomaliæ nonnihil occurrit.

Nomina Literarum antiquissima esse constat, cum ea quoque Cadmus, unà cum figuris elementorum, ex Phœnicia in Græciam intulerit. Profectio autem ipsius ætate Josuæ suscepta creditur.

Figura Literarum *Sacra* dicitur oppositè ad *Profanam*, quæ Phœnicum reliquorumque Cananæorum fuit, & ad extremum quoque Samaritanorum, (unde Samaritana vulgò nuncupatur;) quod evincit comparatio hujus figuræ cum characteribus Græcis, à Cadmo in Græciam illatis, sed unà cum inverso scribendi ordine in contrariam partem conversis: nam ג, Samaritanum ghimel, est ר, Græcum gamma, sic quoque q Samar, resch & r rho Græc. se habent. Sacra verò illa figura, à Patriarchis conservata, & à Mose ac Israëlitis in Sacris potissimum usurpata fuit: quamvis in Profanis, seu communis vitæ negotiis, etiam indigenam Cananæorum scripturam interdum adhibuisse, Siclorum diversa inscriptio ostendit. Vocatur porro Sacra ista quoque כתיבה אשורית, *Scriptura*, non Assyria, gentili appellatione, quasi ab Assyriis accepta, & ab Esdrâ post Babylonicam captivitatem priscis literis surrogata sit;

sed ab usu, *Beata*, id est, כתיבה מאושרת *scriptura felicissima*, quod hæc sola à Deo in fœdere Decalogi, & à Mose ac Prophetis in oraculis divinis consignandis adhibita fuerit. Denique etiam *Quadrata*. ad distinctionem à vitiatâ illâ quoad angulos linearum, ab Italicis aliisque Judæis accelerandæ scriptionis gratia usurpari solitâ.

Numeri in textu Sacro nullis unquam literis notisve indicantur, sed ubique integris vocibus exprimuntur. Veruntamen usum numeralem literarum antiquissimis temporibus obtinuisse ex Kabbalisticâ significatione mutatarum literarum in nominibus Abrahami & Saræ colligere est. Deus enim רו ' denarium in priore nomine שָׂרַי *Sarai*, in duos quinarios, quot ה designat, divisit; quorum unum Abrahamo dedit, ex אַבְרָם inserto ה faciens אַבְרָהָם; alterum Saræ reliquit loco ' ademti, quæ deinceps שָׂרָה dicta fuit. Extra S. Scripturam autem Hebræi (Græcis aliisque imitantibus,) compendii ergò literis quoque istud muneris assignarunt: sic ut primi novem characteres Unitates ordine exhiberent, novem proximi Denarios, & quatuor residui Centenarios. Reliquos quinque Centenarios additione conficiunt, תק 500, תר 600, תש 700, תת 800, תתק 900. Millenarios ab unitatibus Masorethæ distinguunt punctis, vel additâ illis insuper literâ, ex

אלף

אלף mille, hoc modo, א 1000. בּ aut בּא 2000. ג aut גא 3000. & ita deinceps. Rabbini autem integrè malunt אלף 1000. אלפים 2000. ג אלפים 3000. ד אלפים 4000. &c. In numeris porrò compositis major ad dexteram est, & præcedit; minor ad sinistram, & sequitur, duabus lineolis plerumque inscriptis, qualis una post simplicem numerum apponi solet, א 1. ה 5. י 10. ק 100. יא 11. יב 12. יג 13. יד 14. טו (non יה, quia nomen divinum profanatum esse videri posset,) 15. יו vel טז 16. יז 17. רמח 248. qui præceptorum Legis affirmativorum, nec non membrorum humani corporis, ex Judæorum computo, numerus est; שסה 365. quot sunt præcepta Legis negativa, itemque dies anni ordinarii.

Litera *Ajin* ע, est adspiratio fortissima; Græcis ἄφωνον, qui vel per spiritum lenem aut asperum, vel per γ ab initio, in fine nonnunquam per ν expresserunt, עַמִּינָדָב ἀμιναδάβ *Amminadab*, Matth. 1. v. 4. עֵבֶר ἔβερ *Heber*, Luc. 3. v. 35. עַזָּה γάζα *Gaza* Actor. 8. v. 26. עֲמֹרָה γόμορρα *Gomorra* Rom. 9. v. 29. item הוֹשַׁעְנָא ὡσαννὰ *Hosanna* Marc. 11. v. 9. unde redditur à Petro Martinio & aliis *gn* in syllabæ prin-

bæ principio, *ng* autem in ejus fine. Quidam efferunt ut א, sed vitiosè, cum balbutire censeantur, qui duo hæc elementa, א & ע, pronunciatione confundunt: quod vitium Sacerdotem ineptum reddit ad pronunciandam benedictionem solennem, teste Maimonide de Bened. Sacerdot. cap. 15. §. 1. Distinctionis ergò per H majusculum deinceps notabitur.

Duplicem figuram habent quinque, *Chaph*, *Mem*, *Nun*, *Phe*, & *Tzadhe*. Etenim in dictionum principio & medio *Mem* infra apertum est ם; reliquæ in basi curvantur, כ, נ, פ, צ. Sed in vocabulorum fine *Mem* ab omni parte clausum est, ם; reliquæ basin suam deorsum extendunt, ך, ן, ף, ץ: & sic scriptæ *Finales* nuncupantur.

Anomalum est igitur, quod ם dictionis medium occupet, in לִכְבֹרָה *amplitudini* Esai. 9. v. 7. & vicissim ם finem, in הֵם *ipsi* Neh. 2. v. 13. uti etiam נ finem dictionis in אֵת *à* Job. 38. v. 1. cap. 40. v. 6.

Masorethæ quinque finalibus utuntur ad exprimendos deficientes in Aphabeto centenarios,

os, ך 500. ם 600. ן 700. ף 800. ץ 900. ut אך לה 1534. sunt versus libri Geneseos.

Quinque literæ ornatus ergò, & ut lineæ æquales sint, citra hiatum, dilatantur hoc pacto, א, ה, ל, ם, ח, unde *Dilatatæ* nuncupari possunt. His nonnulli sextam addunt ך, alii insuper septimam ך.

Hebræi nulla vocabula dividunt, ut pars prior claudat lineam, posterior sequentem inchoet; sed initium lineæ semper ducitur ab initio vocabuli. Hinc fit ut sæpe hiatus relinquatur, si residuum in versu spacium integram dictionem non capiat. Illud vero spacium ut impleatur, literæ istæ latius diducuntur. Quod si ne sic quidem spatium istud expleri queat, aliquando prima litera sequentis dictionis in fine versus seu lineæ collocatur, sed inutilis prorsus, & ad meram vacui fugam: nam mox suo loco repetitur, in exordio versus sequentis.

§ 3. Consonantibus essentiale est moveri, hoc est, consonare, sive unà cum sono aut vocali pronunciari. Hæc ipsarum pronun-

ciatio, *Motus*, atque ipsæmet literæ inde *Mobiles* appellantur. Quatuor tamen istæ אהוי (technicâ dictione *Ehevi* dictæ,) interdum, non semper, consonantium naturam exuunt, & non moventur seu consonant: atque tunc, ob cessantem motum seu pronunciationem, *Quiescentes* vocantur. Hæ verò אהוי (ob similitudinem usus) sæpe inter se permutantur.

א pro ה: הָאָמוֹן *multitudo*, pro הֲהָמוֹן Jer. 52. v. 15.

ה pro א: הָתְיוּ *venite*, pro אֶתְיוּ Esa. 21. v. 14.

ה pro י: עֵירָהּ *pullum suum*, pro עֵירוֹ Gen. 49. v. 11.

י pro ו: בְּהִתּוֹדְעִי *in notum faciendo se* pro הִתְוַדְּעִי Genes. 45. v. 1.

י pro א: רְאֵמִים *monoceros* pro רְאֵם Job. 39. v. 9.

י pro ה: בָּנְיוּ *ædificatus* pro בָּנוּיָה Cant. 4. v. 4.

§ 4. Distinguuntur Literæ ratione organorum, in articulatione illarum præcipue exercendorum, in clas-

in classes quinque. Sunt illæ *Gutturales* אהחע, *Labiales* בומף, *Palati* גיכק *Linguales* דטלנת & *Dentales* זסצרש.

R. David Kimhi duas etiam facit Narinas מנ: sed quæ prioribus classibus quoque continentur.

Literæ ejusdem organi (ob affinitatem mutuam) subinde permutantur; quod in derivatione Aramæâ ex Hebræo frequentissimum est.

Gutturales: אָוֹן & הָוֹן *facultates*, בָּאָה & בָּהָה *obscurus fuit*, זְרָע & Ch. זְרָא *semen*.

Labiales: בַּרְזֶל & פַּרְזֶל *ferrum*: sic מִקֵּל *baculus*, נִמְרוֹד νεβρώδ, βρέμω *fremo*, Pater *Vatter*.

Palatinæ: מֶסֶךְ & מֶכֶךְ *mixtio*, גָּמָל *camelus*, פָּהָה & קָהָה *obscurus fuit*, פַּלְגָּשׁ *pellex* παλλακή.

Linguales: דִּבָּה Rab. טִבָּה *rumor*, תָּעָה Chal. טָעָא *erravit*.

Dentales, זָר & סָר *peregrinus*, עָלַס, & עָלַץ *exsultavit*, שָׁמַר Ch. סָמַר *custodivit*, יִצְחָק & יִשְׁחָק *Isaacus*.

§ 5. Distinguuntur etiam Literæ ex usu quem in Etymologiâ obtinent, in Radicales & Serviles. *Radicales* semper faciunt ad essentiam Radicis seu thematis (præter & ט, quando vicem ה servilis in

Hithpahel obeunt §112.) numero xi. his dictionibus comprehensæ, memoriæ ergò, טִפְסַר חָג וָיו צָדָק *Princeps tripudiavit, mota est justitia. Serviles* & ipsæ frequenter radicales sunt; non tamen semper sunt tales, ut faciant ad essentiam radicis, sed præter eam sæpenumerò accedunt, ad varias inflectiones & compositiones constituendas, itidem xi, hoc memoriali expressæ, מֹשֶׁה וְכָלֵב אֵיתָן *Moses, & Caleb robustus.*

Serviles sunt I. *Consignificativæ*, quæ propriam significationem habent, eamque vocibus superaddunt, ut Præfixa & Affixa. II. *Formativæ*, quæ sine peculiari significatione accedunt, ut Heemanticæ nominum, quæque in iisdem generis vel numeri indices sunt, & verborum præformantes & afformantes. III. *Otiosæ*, quæ extra necessitatem, decoris aut euphoniæ ergò accedunt, ut Epentheticæ & Paragogicæ.

Distribuuntur eædem Serviles aliter quoque ex situ, quem in dictionibus obtinent. Serviunt enim I. In principio solùm tres ל ב & ש.

II. In

II. In principio & fine duæ, כ & מ. III. In principio, medio & fine sex, נ, י, ו, ה, א & ת. Mnemosyna sunt קַו שְׁבָל הָאֳנִיוֹת *attenuata est semita navium.*

§ 6. Merè Criticum usum præstant in Pentateucho literæ פ & ם, quando vel majusculæ & ternæ Sectiones majores sive Sabbathicas, *Paraschoth* dictas; vel Minusculæ & singulæ sectiones minores indicant. פ quidem designat פתוחות *Apertas*, sive eas quæ ab initio lineæ, ם verò סתומות *Clausas*, sive illas quæ in lineæ medio semper sunt inchoandæ.

Similem usum habet נ Nun inversum, quod Num. 10. v. penult. & cap. 11. v. 1. reperitur.

SECTIO II. de PUNCTIS.

§ 7. *Punctorum* appellatione venit, quicquid in Hebræâ scripturâ occurrit præter literas. Sunt verò Punctorum genera tria; unum

num eorum, quæ *Sonum* moderantur; alterum illorum, quæ *Tonum* regunt; tertium merè *Criticorum* est, quæ ad crisin Masoretharum solummodò pertinent.

Priora duo genera faciunt vel ad ipsum esse linguæ, vel ad ejus benè esse: hoc secundum genus præstat, illud primum. Nam vocabulum aliquod quoad omnes suas syllabas, sigillatim & conjunctim consideratas, rectè se potest habere, accentu licet vel malè addito vel neglecto, (exemplo vulgati illius, *Non curamus quantitatem syllabarum:*) non autem vocalibus vel neglectis, vel perperam additis.

§ 8. Puncta *Sonum moderantia* sunt, quæ ad ipsam lectionem necessariò requiruntur; numero XVIII. eaque vel Dominantia, vel Servilia.

§ 9. *Dominantia* vocantur *Vocales*, quæ ratione Soni sunt quinque, cum nec plures, nec pauciores soni simplices dentur: ratione quantitatis

titatis autem decem, quinque Longæ, & totidem Breves vocales.

In omnibus linguis occurrunt quinque Soni A, E, I, O, U. Sed figuræ ad sonos illos indicandos quibusdam pauciores sunt, quibusdam totidem, nonnullis plures. Pauciores sunt Arabibus, videlicet tres tantum: Fatha A, Kesra, E vel I, Damma O vel U. Totidem habent plerique Occidentales, nempe quinque. Plures agnoscunt Græci, septem nimirum, α, ε & η, ι, ο & ω, υ. (Simonides Melicus invenit η & ω, φύσει μακρὰς, cum antea simplici aut gemina figurâ discrimen indicaretur, ε, εε, & ο, οο.) Illa ratio imperfectissima est, cum figura ipsum sonum relinquat ambiguum: Ista minus imperfecta, quia sonos distinguit, licet quantitatem relinquat in ancipiti: Hæc ad perfectionem propius accedit, cum duos sonos etiam quoad quantitatem discriminet. Perfectissima proinde hâc in parte est Lingua Hebræa, quæ cuivis sono geminam tribuit figuram, ut simul etiam de cujusvis soni quantitate lectoribus queat constare.

§ 10. *Longæ Vocales* sunt, quæ integram moram in pronunciatione possident, sive quæ duo tempora habent.

Kametz

Kametz	◌ָ	ָא	â
Tzeri	◌ֵ	ֵי	ê
Chirek longum	◌ִ	ִי	î
Cholem	◌ֹ	ֹו	ô
Schurek	◌ֻ	ֻו	û

Harum Vocalium tres priores infra literas collocantur, quarta supra Vav dextrorsum, & quinta in medio seu ventre sinistrorsum.

Tres posteriores quoque, fulcri aut firmamenti ergò, adsciscunt literam quiescentem: Chirek quidem ', Cholem verò & Schurek ו. Est autem quiescens illa prorsus necessaria vocali Schurek; sed ab aliis quandoque abest: rarius quidem à Chirek longo, & non nisi ex analogiâ deprehenditur: frequentius verò à Cholem, & ex puncto suo facillimè agnoscitur.

Chirek longum defectivum reperitur 1. In pluralibus masculinis, quorum singularis desinit in literam mobilem, antecedente simili chirek, & quidem promiscuè alterutrum, הַתַּנִּינִם *ceti* Genes. 1. v. 20. שָׂרִגִים *racemi* Genes. 40. v. 10. & חֲמֻשִׁים v. 12. שְׁלִשִׁים *tribuni* Ezek. 23. v. 23. & וְשִׁלְשֵׁם Exod. 14. v. 7. Sic antecedens schurek, נְתוּנִם *dati* Num. 3. v. 9. 2. In affomante secundæ personæ verborum fœminina accedente affixo, מְשִׁיתָהּ *traxisti eum* Exod. 2. v. 10. וְהִנַּקְתָּהּ *& lacta eum*, ibid. v. 9. יְלִדְתִּנִי *peperisti me* Jer. 15. v. 10.

dabit 1 Reg. 7. v. 15. 8. Terminativum in Kal, §. 119. שָׁפַט *judicare* Ruth. 1. v. 1. יִטְרַף *rapiet* Psal. 10. v. 9. יָבֹא *veniet* Lev. 16. v. 2. etiam ante נָה afformantem וַתַּעֲמֹדְנָה *& stabant* Geneſ. 41. v. 3. 9. Specialis uſus eſt in יַעֲקֹב *Iacob*, אַהֲרֹן *Aaron*, אֲדֹנִי *Dominus*, כֹּחַ *robur*, יָאֹד *valde*, לֹא *non*, & aliis quibuſdam; quæ ſi plenè ſcribantur, inſolitum eſt, & ceu anomalum notatur.

Schurek, fulcri loco, pro vav interdum jod habet, וְשָׁפְּעִי *& emineant* pro וְשָׁפְעוּ Job. 33. v. 21. יָמִישׁ *recedet*, pro יָמוּשׁ Prov. 17. v. 13. Sed hoc rarum eſt, & anomalum, atque in margine ferè corrigitur.

§ 11. *Breves vocales* ſunt, quæ dimidiam moram in pronunciatione poſſident, ſive quæ unicum tempus habent.

Patach	ַ	*a*	a
Segol	ֶ	*ɛ*	e
Chirek breve	ִ	*ɪ*	i
Kametzcatuph	ָ	*o*	o
Kibbutz	ֻ	*ʊ*	y

Hæ omnes infra literas collocantur: & Kametz-

metzchatuph quatitate ac sono à Kametz magno differt, cum quo figurâ prorsus convenit: vid. §. 49. Si distinctionis gratiâ cum schevate componatur, hoc pacto (ֽ) vitiosè scribitur, & cum Chateph-Kametz confunditur.

§ 12. Puncta *Servilia* vel sunt Notæ absentis soni, vel affectiones consonantium.

§ 13. *Notæ absentis soni* sunt quinque, Scheva, & ejus quatuor Vicaria puncta.

Scheva
Vicaria Schevatis

Scheva compositum triplex,
Chatephpatach ֲ
Chatephsegol ֱ
Chatephkametz ֳ
Patach furtivum ַ

Scribuntur & hæc puncta infra literas.

Scheva Compositum indolem Schevatis retinet, & soni, seu vocalis, absentiam notat. Componitur autem cum tribus vocalibus brevibus, Patach, Segol, & Kametzchatuph: at Chirek breve & Kibbutz compositionem istiusmodi non ingrediuntur.

Patach furtivum figuram vocalis Patach, potesta-

téstatem verò Schevatis habet, ejusque loco usurpatur.

Omnis litera mobilis, sive Consona, vocali carens, habet sub se Scheva, ejusve Vicarium, privationis istius indicem notam. Quod utrumque semper exprimitur in dictionis initio, ac medio. In fine autem, sive sub ultimâ literâ, Scheva subintelligitur, בְּרֵאשִׁית *in principio* Gen. 1. v. 1. לְאֹתֹת וּלְמוֹעֲדִים *in signa & in constituta tempora* v. 14. præterquam sub Chaph, וְחֹשֶׁךְ *& tenebræ* Gen. 1. v. 2. & quoties aliud Scheva (sive explicitum, sive implicitum in dages forti) aut ejus vicarium patach furtivum § 41. & 52. immediatè antecedit, אַתְּ אָמַרְתְּ *tu f. dixisti* Ezek. 27. v. 3. יָגַעַתְּ *fatigata es* Esa. 47. v. 14. attamen Nun finale ne sic quidem illud admittit, שִׁמְעוּן

audite f. pro שִׁמְעוּן Gen. 4. v. 22. Vicarium Schevatis in fine exprimitur sub solis ח mobili & radicali, ח & ע, § 52. וְרוּחַ *& spiritus* Gen. 1. v. 2. רָקִיעַ *expansum* v. 6. אֱלוֹהַּ *Deus* Job. 35. v. 10.

§ 14. *Affectiones Consonantium* variant illarum pronunciationem, suntque tres, Punctum Diacriticum literæ ב, Dages, & Mappik.

§ 15. *Punctum Diacriticum* literæ ב extremis ejus dentibus supernè incumbit, & pro differenti situ diversum ejus nomen, ac potestatem quoque diversam facit. Nam Dextrum ב Schin dici, & cum adspiratione sibilandum esse docet: Sinistrum ב Sin appellari, & adspiratione illâ carere indicat, שִׁבְּרוּ schibbrû *fregerunt* 2 Reg. 11. v. 18. שִׂבְּרוּ sibbrû *sperarunt* Est. 9. v. 1. Utrum-

trumque porrò cum puncto Cholem subinde coalescit: Dextrum quidem quando litera præcedens, Sinistrum autem quando ipsummet ש omni aliâ vocali, vel ejus privativâ notâ destituitur, מֹשֶׁה môsché *Moses* Exod. 2. v. 10. שֹׂנֵא sônê *odio habens* Deut. 4. v. 42. Nonnunquam ש utrinque punctum habet, sed alterutrum Diacriticum, alterum Cholem: quod ex consonæ, proximè cholem antecedentis conditione similiter deprehenditur, שְׁחַד schôhhadh *munus* Prov. 6. v. 35. פֹּשֵׂק pôsêk *labia diducens* Prov. 13. v. 3.

§ 16. *Dages* punctum est, quod medio, seu ventri, literarum inscribitur, easque indurat leniter vel fortiter: à quâ differentâ aliud Lene dicitur, aliud Forte.

§ 17. *Dages lene* tollit naturalem

adſpirationem literarum ſex בגד כפת quæ voce technicâ BeGhaDh CePhaTh nuncupantur, בָּבֶל bâbhêl *Babel* Pſal. 137. v. 1. פִּיפִיּוֹת pîphîjôth *ora* Pſal. 149. v. 6. כּוֹכָב côchâbh *ſtella* Num. 24. v. 17.

Olim ejus abſentia indicabatur lineolâ transverſâ, iiſdem literis ſupernè incumbente, quæ Raphe dicitur, לֹא־תִרְצָח *non occides* Exod. 20. v. 13.

Priſci ſeptem numerantur poteſtate duplices בגד כפרח, & tradidêre nonnulli regulas variandi Reſch: quæ tamen hodie non obſervantur. Græci diſtinctionem ſervant, quibus ῾ claudens ſyllabam tenue eſt, inchoans aſpiratum: unde nota ſpirituum, in initio dictionis ſemper, & in medio quoties geminatum occurrit, ῥῆμα *verbum*, πόρρω *longe*, ἔρρωσο *vale*.

§ 18. *Dages forte* eſt compendium ſcribendi, literas, quibus imprimitur, duplicandas eſſe docens, מִמֶּנּוּ mimménnû *ex nobis* Gen. 3. v. 22.

22. יַמִּים jammîm *maria* Gen. 1. v. 10. וְהִנֵּה vhinnê *& ecce* v. 13. בְּצִלּוֹ btzillô *in umbrâ ejus* Cant. 2. v. 3. pro quo plene scribitur צִלָּלוֹ Job. 40. v. 17. quod etiam ad אֵל referri potest, יְשַׁחֵם jschoddêm *vastabit eos* Prov. 11. v. 3. pro quo occurrit יְשַׁדֵּם Jer. 5. v. 6.

§ 19. *Mappik* punctum est, solius literæ He ventrem occupans, quoties in fine dictionis vocali caret & tamen mobilis est, ut motus ejus hoc indicio innotescat, נָגַהּ nâghah *splenduit* Job. 22. v. 28. גָּבַהּ gôbhah *altitudo* Prov. 16. v. 18.

Hujus absentia similiter per Raphe indicatur, הִוָּסְדָה hivvâsdhâ *fundari eam* Exod. 9. v. 18.

§ 20. Puncta quæ *Tonum moderantur* sunt Accentus, vel Tonici, vel Euphonicus.

§ 21. *Tonici* numero sunt xxxv: figurâ varii, simplices, vel compositi; situ inferni, vel superni, vel simul inferni ac superni, vel lateralis; itemque præpositivi, vel postpositivi, vel indifferenter se habentes: dignitate Reges, majores minoresve, aut Ministri, sibi invicem, totique orationi vel continuandæ, vel in sua commata, semicola, cola, ac periodos distinguendæ, (insuper etiam ex Synagogæ usu modulandæ,) inservientes: denique libris prosâ, metrove (ut libri אמת Jobi, Proverbiorum, Psalmorum,) exaratis proprii, aut utrisque communes.

Pleraque exhibet subjectum schema in dictione וְאַרְפָּאתִיו veqerpâqê'hû *& sanabo eum* Esai. 57. v. 18.

Accen-

Accentus inferni sunt XII.

וְאַרְפַּאֲהוּ *Silluk*: Rex maximus.
וְאַרְפַּאֲהוּ *Atnach*: Rex major primarius.
Pasch. וְאַרְפַּאֲהוּ *Tiphcha*: { Rex major in pros. / Minister in metr.
Pos. 1 וְאַרְפַּאֲהוּ *Tiphcha initiale*: in metr. } Reges minores.
וְאַרְפַּאֲהוּ *Tibhir*: } in pros. ---
2. וְאַרְפַּאֲהוּ *Iethibh*: }
וְאַרְפַּאֲהוּ *Munach*: - - - - - - - - - } Ministri.
וְאַרְפַּאֲהוּ *Mahpach*: - - - - - - - -
וְאַרְפַּאֲהוּ *Ierach* sive *Galgal*: - - -
וְאַרְפַּאֲהוּ *Merca*: - - - - - - - - -
וְאַרְפַּאֲהוּ *Merca geminum*: } in pros.
וְאַרְפַּאֲהוּ *Darga*: - - - - - }

Accentus Superni sunt XVIII.

וְאַרְפַּאֲהוּ *Rebhia*: - - - - - - - - - - } Reges majores.
3. וְאַרְפַּאֲהוּ *Garscho Rebhia*, sive *Rebhia gereschatum*: in metr.
וְאַרְפַּאֲהוּ *Sakeph minus*: } in pros.
וְאַרְפַּאֲהוּ *Sakeph majus*: }
Post. 1 וְאַרְפַּאֲהוּ *Segolta*: - - - }
2. וְאַרְפַּאֲהוּ *Paschta*: in pros. } Reges minores.
וְאַרְפַּאֲהוּ *Schalscheleth*: in pros. at in metr. minister.
3. וְאַרְפַּאֲהוּ *Sarka*: - - - - - - - - - - }

וַאֲרָפְאֶהוּ *Pazer:* - - - - - - - - - - } Reges minimi.

וַאֲרָפְאֶהוּ *Gereſch:* - - - } in proſ.

וַאֲרָפְאֶהוּ *Gereſch geminum:* }

וַאֲרָפְאֶהוּ *Karne-para:* - - }

וַאֲרָפְאֶהוּ *Teliſcha majus:* - }

וַאֲרָפְאֶהוּ *Teliſcha minus:* in proſ. - - } Miniſtri.

וַאֲרָפְאֶהוּ *Kadma:* - - - - - - - - - - }

וַאֲרָפְאֶהוּ *Sarka anterius:* - - } in metr.

וַאֲרָפְאֶהוּ *Munach ſuperius:* }

וַאֲרָפְאֶהוּ *Mahpach ſuperius:* }

Accentus Inferni & Superni ſimul ſunt IV.

וַאֲרָפְאֶהוּ *Mahpacho Merca*, ſeu *Merca mahpahatum:* in metr. Rex major primarius.

וַאֲרָפְאֶהוּ *Sarko Merca*, ſive *Merca Sarkatum:* - - - - } in metr. Miniſtri.

וַאֲרָפְאֶהוּ *Sarko Mahpach*, ſeu *Mahpach Sarkatum:* - }

וַאֲרָפְאֶהוּ *Muna Munach*, ſive *Munach ſuperinferum:* }

Accentus Lateralis I.

וַאֲרָפְאֶהוּ *Peſik.*

Peſik

Pesik nunquam solùm scribitur, sed antecedens dictio semper possidet accentum alium: hujus autem additio facit ex Ministris Reges. Conjungitur Pesik frequentissimè cum Munach, & dicitur *Legarme*, וְאֵיבָה׀ אָשִׁית *& inimicitiam ponam* Genes. 3. v. 15. item cum Machpach, Kadma, Telischa minore; in libris metricis etiam cum Schalscheleth; אֵל׀ אֱלֹהִים׀ יְהוָה׀ אֵלַי *Deus, Elohim, Dominus, Deus, Elohim, Dominus* Ios. 22. v. 22. הָרִים׀ *montes* Psal. 72. v. 3. הַלַּכְתִּי׀ *ambulavi* Psal. 131. v. 1.

NB. Pesik post Schalscheleth vitiosè scribitur in וַיִּתְמַהְמָהּ׀ *& moras nexuit* Gen. 19. v. 16. vide in Buxtorf. Bibliis ad hunc locum annotationem marginalem. Veruntamen Masora ad Esa. 13. v. 8. enumerat septem versus, (de singulis idem notat,) qui in libris prosaicis reperiuntur, quorum vox prima habet Schalscheleth sequente Pesik, טשמא מרשימין ומפסיקין; Exempla sunt Gen. 19. v. 16. cap. 24. v. 12. cap. 39. v. 8. Lev. 8. v. 23. Esa. 13. v. 8. Amos. 1. v. 2. Ezr. 5. v. 15.

Ex his *Compositi* accentus sunt, Merca geminum, Garscho Rebhia, Geresch geminum, Karne para, quatuor Inferni Supernique simul, & Lateralis Pesik cum suis præcursoribus, qui Pesikati non incommodè appellabuntur: reliqui *Simplices*.

Præpositivi, qui primam dictionis literam occupant,

cupant, quinque sunt; *Postpositivi*, qui ultimæ literæ dictionis incumbunt, quatuor: Illi quidem Tiphcha initiale, Jethib, Telischa majus, Sarka anterius, & Gereschi in Garscho Rebhia. Hi verò Segolta, Paschta, Sarka, & Telischa minus. Alii omnes indifferenter se habent, nulli literæ speciali lege obnoxii.

Denique Reges minores, minimique interdum Ministrorum munere funguntur.

§. 22. Accentuum Tonicorum omnium potestas communis est & officium idem figendi toni, hoc est, ut ostendant, quænam syllaba cujusque dictionis in pronunciatione attollenda sive acuenda sit.

Elevatio ista singulis dictionibus non nisi unica competit, & quidem solùm ultimis aut penultimis syllabis, quæ solæ accentus Tonici capaces sunt. Antepenultima eum nunquam recipit.

Quæ dictiones tonum possident in penultimâ Penacutæ dicuntur, quæ in ultimâ Acutæ. Illæ *Milhel* מִלְּעֵיל supra eum habentes, quia altius adscendere tonus nequit; hæ *Milra* מִלְרַע infra eum habentes, quia magis descendere nequit, appellari solent.

Accentus tonici, ob commune munus, communi figurâ lineæ perpendicularis infernæ sæpissimè

pissimè à nobis expressi sunt, alias eâ figurâ exhibentur, quâ in textu sacro occurrunt.

Differentes accentuum figuræ non unâ lege reguntur.

Simplices adscribuntur syllabis acuendis, earumque literæ vocalem per tonum elevandam immediatè antecedenti. Superni quidem ad medium literæ, וְהָאָרֶץ *& terra* Gen. 1. v. 2. אֱלֹהִים *Deus* ibid. Inferni autem proximè post figuram vocalis, בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים *In principio creavit Deus* v. 1. aut si nulla hîc sit vocalis, ad literæ medium, וְחֹשֶׁךְ *& tenebræ*, תְּהוֹם *abyssus* v. 2.

Præpositivi & Postpositivi accentus, quùm primis ultimisque dictionum literis necessariò adhæreant, nequeunt ritè, & ut oportebat, apponi syllabis acuendis, & tamen istic, etiam absentes, munus suum exercent, וַיֹּאמֶר הָאָדָם *& dixit Adam*, pro וַיֹּאמֶר הָאָדָם Gen. 2. v. 23. בְּלִבַּבְכֶם *in cordibus vestris*, pro בִּלְבַבְכֶם Psal. 4. v. 5. Si eadem figura accentus Simplicis in eâdem dictione repetatur, locum figuræ altera, altera toni sedem indicat: & hanc in postpositivis quidem prior, in præpositivis autem posterior, מַשֶּׁנֶת *pertingens*, pro מַשֶּׁנֶת Lev. 14. v. 21. הַמַּיִם *aqua*, pro הַמָּיִם Gen. 1. v. 7. שָׁמַעְתָּ *audivisti*, pro שָׁמַעְתָּ Gen. 3. v. 27. וַיַּעַשׂ *& fecit*,

cit, pro וַיַּעַשׂ v. 21. אוּלַי *forsan*, pro אוֹלַי Gen. 18. v. 28. הָגָר *Hagar*, pro הָגָר Gen. 21. v. 14. (Non tamen perpetua est horum accentuum geminatio in penacutis, sed æstimandæ dictiones ex natura sua: ita חוֹסִיפִי *addes*, penacutum est, ex analogiâ, licet simplex Paschta adsit, Esa. 47. v. 1, 5. שַׁנּוֹתִי *acui* Deut. 32. v. 41. Sunt tamen qui in Paschta, quotiescunque penacuta vox est, semper geminationem obtinere docent, eoque exempla ista per anomaliam specialem acuta esse.) Geminatur etiam Paschta in vocibus acutis, exeuntibus vel in patach furtivum, vel in geminum scheva, נֹחַ *Noach*, pro נֹחַ Gen. 8. v. 12. וְיִרְעֵתְּ *& scies*, pro וְיִרְעֵתְּ Ruth. 3. v. 4. וְשָׁפְלָתְּ *& humiliaberis*, pro וְשָׁפְלָתְּ Esai. 29. v. 4. אָמַרְתְּ *dixisti*, pro אָמַרְתְּ Esa. 47. v. 12. Si figuræ accentuum, in eâdem dictione concurrentium, diversæ fuerint, posterior toni nota est, prior verò Euphonici accentus vicem obit, וּלְמוֹעֲדִים *& in definita tempora*, pro וּלְמוֹעֲדִים Gen. 1. v. 14. לְאוֹצָרוֹת *in thesauros*, pro לְאוֹצָרוֹת Neh. 12. v. 44. Interdum tamen duo accentus tonici in eâdem dictione pari propemodum potestate concurrunt, & vel compositionem dictionis ostendunt, בָּגַד *venit turma*,

turma, ex גְּדוּד & בָּא Gen. 30. v. 11. אָנָּה *obsecro*, *quæso* Gen. 50. v. 17. & אָנָּה ex אָן & נָא Psal. 116. v. 16. מַהֵם *quid ipsi*, ex מָה & הֵם Ezek. 8. v. 6. vel geminam analogiam § 146. & § 157. וַיּוֹצֵא פָּרַח *& produxit florem*, Num. 17. v. 8. נָבֵל צִיץ *decidit flos* Esa. 40. v. 7. לְמִתְעַב גּוֹי *ad eum quem abominatur gens* Esa. 49. v. 7.

Compositorum accentuum figura posterior semper genuino loco scribitur; prior etiam in eadem literâ conjungitur in Merca gemino, Gereschgemino, Karnepara, & Munach superinfero, וַיָּבֵא לוֹ *& attulit ipsi* Gen. 27. v. 25. עִבְרוּ *transite* Jer. 2. v. 10. לְעָרֵי יְהוּדָה *urbibus Judæ* 2 Paral. 24. v. 5. מִשְׁכְּנוֹת *habitacula* Job. 21. v. 28. In reliquis aliter se habet.

In Garscho Rebhia prior primæ literæ necessariò affigendus est, וּבִישׁוּעָתְךָ *& in salute tuâ* Ps. 21. v. 2. לָצִים *irrisores* Ps. 1. v. 1. וּלְאֻמִּים *& nationes* Ps. 2. v. 1. בְּךָ *in te* Ps. 5. v. 12. כָּל *omne* Ps. 8. v. 7. עַד־בֹּוא *usque dum venire* Job. 14. v. 14.

In mahpaho Merca prior incumbit syllabæ proxime antecedenti in eâdem, vel etiam præcedente dictione, dummodo hæc accentu proprio careat: sin hæc syllaba accentum habeat, manet Mahpach in eâdem syllabâ cum suo Merca, sed quantum longissimè recedere potest, si qui-

siquidem plures literæ vocalem acuendam antecedant, רְשָׁעִים *impii* Pſ. 1. v. 1. עַל־פַּלְגֵי־מָיִם *ad rivos aquarum* v. 3. יָסַדְתָּ עֹז *fundaſti robur* Pſ. 8. v. 3. כְּזָהָב שְׁבָא *de auro Scheba* Pſ. 72. v. 15. עֲשֹׂה חֶסֶד *facere miſericordiam* Pſ. 109. v. 16. Etiam ultima litera præcedentis dictionis accipit Mahpach, non obſtante accentu, ſi patach furtivum habeat שֹׁמֵעַ לִי *audiens me* Prov. 8. v. 34.

In Sarko Merca prior proximè antecedenti ſyllabæ ejuſdem dictionis adhæret, יָפִיחַ *afflabit* Pſ. 10. v. 5. מִתְקוֹמְמָה *inſurgens* Job. 20. v. 27.

In Sarko Mahpach prior ſyllabæ in eadem dictione præcedenti inhæret: & hâc deficiente occupat dictionem antecedentem, ſed ut accentus ſimplex, non verò amplius ut pars compoſiti, קוּמָה הוֹשִׁיעֵנִי *ſurge, ſerva me* Pſal. 3. v. 8. יִתְאַדַּם כַּיַּיִן *vinum quando rubeſcit* Prov. 23. v. 31. לֹא נִין לוֹ *non eſt filius ipſi* Job. 18. v. 19.

In Decalogo multiplicantur accentus ob diverſam continuationem diſtinctionemque ſententiarum; quemadmodum etiam Gen. 35. v. 22. cujus multiplicationis ratio ignoratur.

Aliàs quoque conjungitur quidam accentus, modulaminis ergo, זֶה *hic* Gen. 5. v. 29 קָרְבוּ *appropinquate* Levit. 10. v. 4. aut ſi quæ alia

hujus consociationis causa dari queat, פַּדַּנָה אֲרָם *versus paddan Syriæ* Gen. 28. v. 2. 5. 6.

§ 23. Tonici accentus privatio est lineola, inter dictiones duas transversim interjacens, quæ *Mackaph* dicitur, & dictionem proximè antecedentem tonico carere, eoque in pronunciatione sequenti connectendam, ejusque partem censendam esse ostendit, לֹא־יִפּוֹל *non cadet* Psalm 1. v. 3. אֲשֶׁר־יַעֲשֶׂה *quod faciet*, ibid. אֵת־כָּל־אֲשֶׁר־לוֹ *omne quod ipsi erat* Gen. 25. v. 5.

§ 24. *Euphonicus* suaviorem reddit pronunciationem, estque unicus, *Metheg* dictus. Notatur virgula perpendiculari infra literam, & accedit punctis dictionum prioribus, quibus morulam aliquam addit, לָרָקִיעַ *expanso* Gen. 1. v. 8.

Consequitur varia nomina pro differente si-

tu. Maarich quidem ante ſcheva compoſitum ad vocalem brevem, נַעֲשֶׂה *faciemus* Geneſ. 1. v. 26. Chiruk verò quando adhæret brevi chirek, נִחְיֶה *vivemus* Lam. 4. v. 20. & Gaaja, cum initiali ſchevati appoſitum eſt, וְנָשׁוּבָה & *revertemur* Lam. 5. v. 21.

§ 25. Puncta *Critica* ſunt notæ Maſoretharum ad criſin ſacram pertinentes. Cujuſmodi duæ veniunt obſervandæ, Circulus & Punctorum congeries.

Circulus geminus eſt, alius ſupra voces ſcribitur, alius inter ipſas voces intercedit.

Prior indicium facit variantis lectionis, videlicet puncta ad ſonum & tonum facientia non eſſe ſocianda literis quibus adſcripta ſunt, ſed aliis, in margine collocatis cum hâc notâ ק hoc eſt קְרֵי *lectum*. 2 Regum 18. v. 27. ſcribitur חֲרֵיהֶם in margine autem ק צוֹאֵתָם eoque legendum צוֹאָתָם *excrementa ſua*: ibidem שִׁנֵּיהֶם in margine ק מימי רגליהם id eſt, legendum מֵימֵי רַגְלֵיהֶם *urinam ſuam*.

In

In dictionibus ubi hæc anomalia perpetua est, nota nulla; ubi anomalia frequentior, regulari & infrequentiori scripturæ nota illa apponitur, יִשָּׂשכָר pro יִשָּׂשכָר *Iissachar* semper. Similiter יְהוָה & יְהוִה pro אֲדֹנָי & אֱלֹהִים semper. יְרוּשָׁלִַם pro יְרוּשָׁלַיִם semper: at יְרוּשָׁלַיִם quater occurrit à Masorethis notatum Jer. 26. v. 18. 1 Par. 3. v. 5. 2 Par. 25. v. 1. Esth. 2. v. 6. & semel יְרוּשָׁלַ֫מָה 2 Par. 32. v. 9. מַחְצְרִים *clangentes*, pro מַחֲצְרִים 1 Par. 15. v. 24.

Eodem modo notantur voces, quæ majusculam, minusculamve, aut suspensam, aliterve affectam literam habent; item quæ mediæ sunt librorum, aut initiales versuum mediorum.

Posterior ostendit in medio versus sententiam esse abruptam, & quodammodo imperfectam. Hujusmodi versus Masora viginti quinque reperiri affirmat, Gen. 35. v. 22. Num. 26. v. 1. Deut. 2. v. 8. &c.

Congeries punctorum supra quasdam voces occurrit mysterii alicujus causâ, ut Hebræi existimant.

Exempla sunt quindecim, & horum decem in Lege, in Prophetis quatuor, in Hagiographis unum. Quædam horum unicum tantum

punctum habent, בֵּינֵיהֶם & *inter te* Geneſ. 16. v. 5. אֵלָיו *ad ipſum* cap. 18. v. 9. Sic cap. 19. v. 33. cap. 33. v. 4. cap. 37. v. 12. Num. 3. v. 39. cap. 9. v. 10. cap. 21. v. 30. cap. 29. v. 15. Deut. 29. v. 29. 2 Sam. 19. v. 19. Eſa. 44. v. 9. Ezek. 41. v. 20. cap. 46. v. 22. Pſal. 27. v. 13.

SECTIO III. de SYLLABA.

§ 26. Ex conjunctione Literarum & Punctorum vocalium Syllabæ, ex Syllabis, unâ pluribuſve, dictiones accentu ſuo ſeu tono præditæ, ex pluribus dictionibus ſententiæ, ex his denique tota oratio conſtat. Conjunctio autem omnis, tam in lectione quam ſcriptione, à dextrâ verſus ſiniſtram procedit; qui rectus eſt movendi ſeu pronunciandi ordo.

§ 27. Syllabam facit nec ſola litera, nec ſola vocalis: ſed ad ejus conſtitutionem requiritur primò

Litera

Litera mobilis sive ב Consonans; deinde ב Vocalis, consonanti illi propria: quæ vel supponitur, vel ad latus sinistrum apponitur ב, שָׁחוּ *posuerunt* Psal. 3. v. 7. הַוָּה *calamitas* Esa. 47. v. 13.

Sola Litera syllabam non facit, quia sonum in se nullum habet, sed omni sono seu vocali indifferenter consonat. Sola quoque Vocalis id non præstat, quia ne quidem inchoare syllabam potest, sed semper postulat, si omnis alia litera desit, saltem antecedentem spiritum, asperum vel lenem, quos Græci initialibus dictionum vocalibus adscribunt, ἀδὰμ, ἐβὲρ; Hebræi autem distinctas consonas habent, sonum non minus quam consonantes aliæ variantes, אָדָם *Adam*, הֶבֶל *Hebel*. אֱדוֹם *Edom* Psal. 108. v. 11. הֲדוֹם *hadom* scabellum Psal. 110. v. 1.

§ 28. Consona & vocalis non semper sufficiunt ad absolvendam syllabam. Sed ut ea plena sit & perfecta, præter consonam eam inchoantem requiritur integra mo-

ra, sive duo tempora: quorum temporum prius semper continetur in vocali, posterius vel in eadem vocali, vel in aliâ aliquâ additione, expressâ vel implicitè comprehensâ, quæ vocalem immediatè sequatur, & tempus alterum, sive mediam moram, compenset, ejusque in locum succedat.

Causa hujus requisiti in syllabæ constitutione non suppetit alia quam Uniformitas, & inductione omnium syllabarum, nullâ discrepante, confirmatur.

§ 29. *Vocalis longa*, (quia duorum temporum est § 10.) cum consonâ, quam sequitur, absolvit syllabam, הָיוּ hâ-jû *fuerunt* Gen. 6. v. 4. יָבֹאוּ jâ-bhô-qû *ingredientur*, ibid. יָבִינוּ jâ-bhî-nû *intelligunt* Psal. 82. v. 5.

§ 30. *Vocalis brevis* (quia non nisi unicum tempus in se habet § 11.) cum

cum consonâ, quam sequitur, syllabam absolvere nequit.

§ 31. Tempus, sive dimidia mora, vocali brevi deficiens, compensatur diversimodè. Nam sequitur I. Litera, eaque mobilis & expressa, בן *ex* Gen. 30. v. 15. II. Litera itidem mobilis, sed implicita (quoad solam scriptionem) in sequenti dages forti, וַתִּקַּח vattik-kahh *& accepit ipsa*, Gen. 3. v. 6. III. Litera mobilis implicita (quoad lectionem non minus quam scriptionem,) in ipsâ vocali brevi, ob exclusum sine compensatione dages forte, קְהhh qe-hhâdh *unus* Gen. 1. v. 5. הַחֹשֶׁךְ ha-hhô'-schech *tenebræ*, ibid. v. 4. IV. Litera quiescens expressa, עֹשֶׂה hô'-sche *faciens* v. 12. V. Accentus tonicus דֶּשֶׁא dé-sche *herba*, v. 11. VI. Ac-

centus euphonicus, נַעֲשֶׂה na-ʜaſé *faciemus* v. 26.

Vocali brevi unum horum complementorum neceſſariò addendum, ut ſyllaba ſit perfecta; & primum quodque poſteriore potius eſt, ac magis conveniens vocali brevi. Poſſunt tamen plura interdum concurrere, quomodo ſyllaba quidem auctior fit, ſed non perfectior. Conjunguntur enim aliquando primum & quintum, וָחָי vâ hhái & *vivet* Gen. 3. v. 22. ſecundum & quintum, נָתָתָּה nâ-thát-tâ *dediſti*, v. 12. tertium & ſextum, חַיִּים ha-hhaj-jîm *vita*, v. 22. tertium & quintum, וַתִּשְׁתַּחוּ vat-tiſch-tâ-hhû & *incurvavit ſe* Ruth. 2. v. 10. quartum & quintum, זֶה zé *hoc* ibid. v. 7. quartum & ſextum, לַאדֹנִי la-dhô-nî *Domino meo* Pſalm. 110. v. 1.

§ 32. Tria poſteriora complementa temporis deficientis (quartum § 34. quintum § 22. & ſextum § 24.) moram adferunt pronunciationi vocalis antecedentis, & propterea etiam vocali longæ accedere queunt, citra neceſſitatem quidem

§ 29.

§ 29. sed & citra incommodum: quartum, לֵאמֹר lê-môr *dicendo* Gen. 1. v. 22. quintum, בֹּקֶר bhô-ker *manè* v. 5. sextum, הָרוֹמֵשׂ hâ-rô-mêsch *repens* v. 26. quartum & quintum, בָּרָא bâ-râ *creavit* v. 1. quartum & sextum, תֹּאכְלוּ thô-chlû *comedetis* cap. 3. v. 3. Verum duo prima, per quæ consonans claudit syllabam, quamvis addant aliquid ad hanc perficiendam, non adduntamen ad moram, sed demunt potius aliquid de morâ vocalis: nam eo modo in consonam incurrente vocali, tractus soni impeditur. Durius efferuntur vocales in *Allium*, *tEllus*, *pInnæ*, *mOra*, *sUmmus*; eædem contra magis trahuntur in *Alium*, *mElos*, *mInæ*, *mOra*, *sUmus*. Hâc de causâ duo prima complementa temporis deficientis ad vo-

calem longam simpliciter accedere nequeunt, utpote moræ ejus vim factura, eamque mediâ sui parte multatura: quod si tamen accedant, vocalis longa munienda est accentu tonico, (ante mackaph euphonico,) per quem tractus soni ipsius essentialis conservetur, sive suffulciatur, הָאוֹר hâ-qôr *lux* Gen. 1. v. 4. אֵלֶּה qêl-le *istæ* cap. 2. v. 4. תָּגֵלְנָה ta-ghêl-nâ *exultent* Psal. 51. v. 10. סֹבּוּ sôb-bû *circumdate* Psal. 48. v. 13. Atque tunc plura complementa rursum conjungi possunt: videlicet primum & quintum (aut hujus loco sextum) necessariò, אֵת qêth Gen. 1. v. 1. כְּתַב־הַדָּת cethâbh-haddâth *scriptum legis* Esth. 4. v. 8. & insuper quartum, צַוַּאר tzav-vâr *collum* Esa. 8. v. 8.

§ 33. Præter literas necessarias

aliæ

aliæ nonnunquam in eâdem syllabâ consistunt, tam ante vocalem, quam pone eam.

Necessariæ literæ sunt, tum consona una ante vocalem, § 27. quæ deesse nequit: tum litera illa, quæ supplet tempus vocali brevi deficiens, § 31. num. 1. 2. & 4. Quæcunque aliæ insuper accedunt, non necessariæ sunt ad constituendam syllabam, quamvis suam in vocabulorum variâ formatione necessitatem habeant.

Antecedere vocalem possunt una, vel ad summum duæ literæ mobiles, sive consonantes, non plures, פְּרִי prî *fructus* Gen. 1. v. 11. בְּנוֹ bnô *filius ejus* Gen. 9. v. 24. פְּרוּ prû *fructificate* v. 7. quiescens autem nulla.

Tres consonas in principio syllabæ conjungere possunt tam Græci in σκληρὸς *durus*, στρατὸς *exercitus*; quam Latini in *scribo*, *splen*, *spretus*, *stratum*: Sed Hebræi non nisi duas: tres prorsum intolerabiles sunt. Quiescentem verò literam vocalem non antecedere, ex eo liquet, quia cum quiescens ejusmodi desinat esse consona, adeoque non pronuncietur § 3.

proximam

proximam vocalem neceſſum foret inchoare ſyllabam, contra § 27. Singulare quid habet vox צְוָאֵרִי tzav-vrê *colla* Joſ. 10. v. 24. צַוְּארֵיהֶם tzav-vrê-hém *colla eorum*, ibid. ubi in ſecuudâ ſyllabâ duæ conſonæ vocalem antecedunt, & quod eas intercedit א planè otioſum eſt; quemadmodum etiam in ſingulari otiatur צַוָּאר tzav-vâr *collum* Eſa. 8. v. 8. unde negligitur in צַוָּארָם tzav-vâ-râm *colla ſua* Neh. 3. v. 5. Anomalium eſt vocabulum מְרֹאן *Meron*, ubi Maſora notat, א non legi, Joſ. 12. v. 20.

De א initiali dicetur § 57.

Sequi vocalem poſſunt literæ numero & indole variæ, pro ſitu differenti. In medio dictionis una duntaxat Mobilis, נִבְקְעוּ nibh-khû *fiſſi ſunt* Gen. 7. v. 11. אִשְׁתּוֹ עִמּוֹ iſch-tô Him-mô *uxor ejus cum ipſo*, Exod. 21. v. 3. Quieſcens autem vel una, עֵינוֹ Hê-nô *oculus ejus* ibid. v. 26. vel duæ, הֲבִיאַתְ hê-bhê-thâ *attuliſti* Eſa. 43. v. 23. quod rariſſimum. In fine dictionis vel Mobilis una, אַל qal *ne* Eſa. 44. v. 2. vel Mobiles duæ,

שָׂמְתָּ sámt *posuisti f.* Esa. 47. v. 8. vel Quiescens una, אֶלֶּה qê'l-le *hæ* Gen. 2. v. 4. vel Quiescentes duæ, גֵּא gê' *vallis* Zach. 14. v. 4. vel Mobilis una geminave & quiescens una, וַיַּרְא vaj-jár *& vidit* Gen. 1. v. 4. נָתַתִּי nâ-thátt *dedisti f.* Ezek. 16. v. 18. יָלַדְתִּי jâ-ládht *peperisti f.* ibid. v. 20. vel Quiescens & mobilis, אֵלָיו qé-lâ'v *ad ipsum* Gen. 8. v. 9.

Latinis in medio duæ, (sed in compositione solùm,) in fine duæ aut etiam tres consonæ syllabam claudere queunt: *postliminiò, abscondo, trabs, urbs, stirps, lanx, quincunx.* Hebræis uua tantum per se & propriè: quod in medio nunquam negligitur, in fine per accidens interdum, analogiâ majore vel minore. Litera quiescens quæ cum mobili conjungitur in fine, sive antecedat, sive sequatur, planè otiosa est: neque aliter se habet א in מְלַאכְתּוֹ mlach-tô *opus ejus* Genes. 2. v. 2. in לִקְרָאתְכֶם lik-rath-chém *in occursum vestrum* Deuter. 1. v. 41. similibusque: quæ per Syrismum א vocali cassum habent § 163.

§ 34. Literæ אהוי, vocalem se-

quentes,

quentes, ex §. 3. *Quiescentes* esse agnoscuntur, quotiescunque omni puncto, ad sonum moderandum faciente, quod sibi proprium sit, destituuntur. Et quiescunt in vocali immediatè antecedente, aut sibi inscriptâ, quam etiam suâ quiete dilatant. Si non immediatè attingant vocalem, prorsus otiosæ sunt, quæ etiam quietem, sive potestatem afferendæ vocali moræ, amittunt, & non alio loco censentur, quam si omninò abessent; tametsi in Etymologiâ usum suum habent, שְׁוְא schâ'v *vanum* Psal. 12. v. 3. זְכַרְתִּי zâ-chárt *recordata es* Ezek. 16. v. 22.

Destituuntur puncto ad sonum faciente proprio, quando carent vocali immediatè sequente, cui sint consona §. 27. vel schevate, ejusve vicario §. 13. vel affectione consonantium §. 14. sive dages forti, quod puncta vocalia serviliave juncta habet §. 18. & 44. sive Mappik §. 19.

Quiescen-

Quiescentium literarum sedes & quies diversimodè se habet. *Aleph* semper in fine, interdum etiam in medio dictionis quiescit: *He* non nisi in fine, sed non semper: *Vav* & *Jod* utrobique quiescere, atque etiam moveri possunt.

Porrò singulæ quiescentium poscunt vocales quieti suæ opportunas, quas dilatent. *Aleph* quidem quasvis longas ante se fert, atque etiam segol: in medio solùm aliquando quoque Patach, aut Kibbutz, חָטָאתִי hhâ-tâ-thî *peccavi* Job. 7. v. 20. תִּקְרָא tik-râ *clamabit* Prov. 1. v. 21. רֵאשִׁית rê-schîth *principium* v. 7. תִּבָּא tôbhê *consentias* v. 10. נָבִיא nâ-bhî *propheta* Gen. 20. v. 7. לֹא תֹאכַל lŏthô-chál *non comedes* Gen. 2. v. 17. הוּא hû *ipse* Genes. 3. v. 15. פֶּרֶא pé-re *onager*, Gen.

Gen. 16. v. 12. תִּקְרֶאנָה thik-ré-nâ *vocabitis* Ruth. 1. v. 21. לַאדֹנִי la-dhô-nî *domino meo* Gen. 32. v. 5. רָאֻמּוּ ry-qû' *visi sunt* Job. 33. v. 21.

He antecedentes patitur longas tres, Kametz, Tzeri, & Cholem, brevem tantùm unam, Segol, עָשָׂה hâ-sâ' *fecit* Genes. 1. v. 31. וְהִנֵּה vhin-nê' *& ecce* Gen. 15. v. 4. כֹּה cô' *sic* ibid. v. 5. זֶה zé *iste* ibid. v. 4.

Vav recipit ac sustinet puncta Cholem & Schurek, הוֹגָה hô-ghâ' *mœrore affecit* Lam. 1. v. 12. אַפּוֹ qap-pô' *iræ suæ* ibid. הוּדַח hû-rádh *deductus est* Gen. 39. v. 1. שָׂמוּ sâ-mû *posuerunt* Gen. 40. v. 15.

Jod poscit ante se Tzeri vel Chirek; in medio etiam Segol admittit, וַיִּשָּׁן vaj-jî-schâ'n *& dormivit* Gen. 41. v. 5.

41. v. 5. אֹתִי qô-thî *me* ib. v. 10. אֵימָה qê-mâ *terror* Gen. 15. v. 12. פְּנֵי pnê *facies* Gen. 16. v. 12. רֹעֶיךָ rô-hé-châ *paſtores tuos* Gen. 13. v. 8.

Aleph in רִאשׁוֹן rî-ſchô'n *primus* Exod. 17. v. 2. & פְּאֵרָה py-râ *ramus* Eſa. 10. v. 33. habet antecedentes vocales longas, iſtic Chirek defectivè ſcriptum, § 10. (pro quo etiam occurrit רִאישׁוֹן Job 15. v. 7.) hîc Kibbutz pro ſchurek uſurpatum § 63. num. 1.

He non in medio, ſed in fine quieſcit in nominibus propriis פְּדָהצוּר Pdhâ-tzû'r *Pedazur* Num. 1. v. 10. עַשְׂהאֵל hſâ-qê'l *Hazaël* 2 Sam. 2. v. 19. ſimilibuſque: nam ſunt duæ dictiones conjunctæ, quæ rectius ſcriberentur diviſæ, פְּדָה־צוּר & עַשָׂה־אֵל quod exſtat 1 Par. 2. v. 16. Sic חֲזָהאֵל hhza-hê'l *Chazaël* quinquies ſcribitur, aliàs omiſſo He חֲזָאֵל At Num. 34. v. 28. legitur פְּדַהאֵל Pdhahê *Pedaël* cum He mobili. In unicâ dictione מַה ma *quid* patach antecedit, ſed quod ſemper vel ſequens habet dages Dachik, § 45. vel implicitè illud in ſe continet, vid. § 93. ut dicendum ſit He potius otiari, quàm quieſcere.

Vav in הִוא hî' *ipſa* Gen. 3. v. 12. non quieſcit in Chirek, ſed loco Jod ſcribitur: quod in Pentateucho ferè perpetuum eſt.

Iod in גֵּא gé *vallis* Eſa. 40. v. 4. quieſcit

quidem in fine dictionis in segol, sed ut per sequens Aleph in medio tamen constituatur. Jod penultimum sequente Vav, non quiescit in Kametz, neque etiam movetur, (nam tunc utraque consona acciperet scheva expressum, § 13.) sed otiatur, servitque indicio dualis & pluralis numeri, יָדָיו jâdhâ'v *manus ejus* Gen. 27. v. 16.

יָדָיו qehhâ'v *fratres ejus* ibid. v. 37.

§ 35. Literarum mobilium, sive consonantium, vocali carentium conjunctio cum vocali in eandem syllabam fit per Scheva, ejusve vicaria: quæ proinde puncta, præter privativam vocalis § 13. etiam Connexivam vim habent.

§ 36. *Scheva* ipsum, quod etiam *Simplex Scheva* dicimus, expressum vel subintellectum, literam cui subest connectit cum vocali aut sequente, aut antecedente: à quo gemino munere geminum nomen obtinuit, Mobilis & Quiescentis:

sive

sive appellatione magis propriâ Promoventis & Retroagentis.

§ 37. *Scheva Mobile* sive *Promovens* est, quod consonam, cui subjacet, connectit (mediatè tamen, § 33.) cum sequente vocali; adeóque in lectione recto ordine (nempe à dextrâ versus sinistram § 26.) eam movet. Locum suum proinde habet post syllabam perfectam, & novæ syllabæ initium facit.

Tale Scheva est: 1. Initiale dictionis, § 33. גְּדִי gdhî *hœdus* Gen. 38. v. 20. 2. Post vocalem longam, § 29. יָכְלוּ jâ-chlû' *potuerunt* Gen. 37. v. 4. Hoc verò casu accentus euphonicus metheg apponendus est vocali longæ, juxta § 159. num. 3. (Interdum tamen ex analogiæ ratione fit, ut scheva etiam hîc ad absolvendam syllabam faciat; & quidem semper, quando scheva latet in dages forti § 44. סְבִבוּ *circumdate* Psal. 48. v. 13. vel quando antecedit afformantes syllabicas § 114. וְלַמְּדֻנָה *& docete f.* Jer. 9. v. 20. vel quando vocalis brevis per accentum producta fuit § 160. שְׁדֻדִנוּ *vastati sumus*

mus ibid. v. 19. רָבּוּ *multiplicati sunt* Psal. 4. v. 8. Tum verò valet quod dicitur § 38. num. 2.) 3. Post vocalem brevem, cujus tempus deficiens aliter quàm per consonam sequentem expressam compensatum est, § 31. num. 3. & 5. לַמְנַצֵּחַ la-mnatzêahh *chori magistro* Psal. 4. v. 1. תְּבַקְשׁוּ tbha-kschû *quæretis* ib. v. 3. הַבַּיְתָה hab-bá-jthâ *in domum* Genes. 24. v. 32. 4. Post scheva quiescens § 33. sive illud expressum sit וַיִּרְדְּפוּ vaj-jir-dphû *& persecuti sunt* Jos. 24. v. 6. sive in literâ dagessatâ lateat, § 44. וַיְכַל vat-techál *& absolvit* Gen. 24. v. 19. Quod si tamen secundum scheva sub literâ finali hæreat, licèt per se mobile sit, quia tamen vocalis nulla in eâdem dictione sequitur, cui literam suam conjungat, motum suum per accidens amittit, fitque quiescens, יָפְתְּ japht *dilatabit* Gen. 9. v. 27.

§ 38. *Scheva Quiescens* sive *Retrougens* est, quod consonam, cui subjacet, connectit cum antecedente vocali; adeóque in lectione recto ordine (à dextrâ videlicet versus sinistram § 26.) eam moveri non sinit; sed contra sistit literam suam, ut an-

ut antecedens vocalis in eam incurrat. Locum igitur habet in fine syllabæ, quam suâ consonâ terminat & absolvit.

Tale est Scheva. 1. Post vocalem brevem, cujus tempus deficiens compensatur per expressam literam mobilem sequentem, § 31. num. 1. אַרְצִי qar-tzî *terra mea* Gen. 24. v. 4. 2. Interdum post vocalem longam, quæ tunc necessariò fulcienda accentu tonico, § 32. יָגַרְתָּ jâ-gôr-tâ *timuisti* Deut. 28. v. 60. Attamen accentus tonici præsentia non semper arguit quietem schevatis post vocalem longam, גָּבְרוּ מֶנִּי gâ'-bhrû mén-nî *prævaluerunt præ me* Psal. 65. v. 3. בָּגְדוּ בִּי bâ'-ghdû bhî' *prævaricati sunt contra me* Hos. 6. v. 7. הַמָּוְתָה ham-mâ'-vthâ *mors* Psal. 116. v. 14. 3. Finale quodvis, בֵּרַךְ bê-rách *benedixit* Gen. 24. v. 45. etiam geminum, וָאֶשְׁתֶּ vâ-qêschtt, *& bibi*, ibid. v. 46. אַתְּ qâtt *tu f.* v. 47. Attamen tum finale unicum, quotiescunque antecedit vocalis longa, tum geminorum posterius, semper per accidens sunt quiescentia, quum ex se & suâ naturâ mobilia sint, ut dictum § 37. יַפְתְּ אֱלֹהִים jápht élô-hîm *dilatet Deus* Gen. 9. v. 27. וַיִּפְתְּ בְּכֻתֹּר vaj-jípht bas-sê'-ther *& pellectum est in occulto*

Job. 31. v. 27. illic scheva mobile sequitur, hîc dages lene; quorum utrumque ultimi schevatis quietem evincit § 56. & § 43. Sic quoque in בֵּין שְׁנֵיהֶם *inter duos illos* Exod. 22. v. 10. חֹבֵל תַּחְבֹּל *pignorando pignorabis* ibid. v. 25. זָכַר לְעוֹלָם בְּרִיתוֹ *recordatur in seculum fœderis sui* Psal. 111. v. 5. Etiam hîc sequuntur schevata mobilia, & dagessatæ leniter literæ, ob quietem antecedentis in priore dictione schevatis.

§ 39. Schevati simplici, tàm Mobili, quàm Quiescenti, nullus debetur sonus, cùm soni, seu vocalis, privationem significet: quia tamen combinationes consonantium pronunciatu sæpè difficiles, interdum etiam impossibiles deprehenduntur, loco varii illius soni, quem scheva mobile apud veteres Hebræos obtinebat, nobis per E exile & brevissimum ubique effertur. Qui sonus cùm schevati vocalem consequenti, sive quiescenti, non sit necessarius, ab ejus negatione

gatione ſcheva quieſcens etiam *Mutum* appellari conſuevit.

Græci & Latini definiunt, quæ Conſonantes in ſyllabæ initio conjungi poſſint ac debeant. Hebræis verò quævis conſonæ, nullo diſcrimine, hoc modo veniunt combinandæ: ſed non æquè promtum eſt quaſvis ita conjunctas ante vocalem efferre. Sic facilè conjungimus conſonas in בְּרוּ brû' *eligite*, כְּלִי clî' *vas*, מְנֵה mnê' *numera*: Sed non ita facile in רְבוּ rbhû *multiplicamini*, לְכִי lchî' *ito f.* נְמָלָה nmâlâ' *formica*: Sic in מְרִי mrî' *rebellio*, מְמַשְׁשׁ mmyſch-ſchâ'ch *diſtractus*, Eſa. 18. v. 7. נְנַתְּקָה nnat-tkâ' *diſrumpamus* Pſalm. 2. v. 3. תְּתָאִי ttha-qû *definitote* Num. 34. v. 7. Igitur Hebræi veteres, cùm ſonum aliquem neceſſarium animadverterent, hiſce regulis eum moderati ſunt. I. Scheva mobile ante literam gutteralem imitatur aliquatenus vocalem gutturalis, שְׁאוֹל ſchoqô'l *ſepulchrum*, תְּהִי tihî' *ſit f.* קְחוּ kuhhû' *accipite*, מְעַט maHat *parum*. II. Scheva mobile ante Jod non notatum cum chirek, fere ſonat ut i, בְּיָדִי bijâ-dhî' *in manu meâ*, מְיַחֵל mijahhêl *exſpectans*. III. Scheva mobile aliàs habet ferè ſonum patach, גְּבַר gabhár *vir*, רְדִיד radhî'dh *peplum*, בְּיִרְאָה bajir-hâ' *in timore*. Denique IV. Si ſcheva inſuper notatum ſit cum metheg non ſolùm imitando accedit ad ſonum

illarum vocalium, sed prorsus eas exprimit. יְדוּ dûnû *scitote* Job. 19. v. 6. בְּיַד bijádh *per manum* Psalm. 77. v. 21. דְּבַר dabhar *res* Psal. 41. v. 9. ast ante jod cum chirek accedit ad patach, וַיִּשְׂרְאֵל vajis-râ-qêl *& Israel* Gen. 37. v. 3. Sic quemvis sonum suscipit Scheva; quemadmodum Græci, licèt non juxta regulas Hebræorum, quamcunque vocalem substituerunt, דְּבוֹרָה δέβορα, צְבָאוֹת σαβαὼθ, אִישׁ קְרִיוֹת ἰσκαριώτης, יְרִיחוֹ ἰεριχὼ, הַלְלוּיָהּ ἀλληλούϊα, פְּעוֹר φογώρ, סְדוֹם σόδομα, פְּלִשְׁתִּי φολισταῖος. Aliàs tam Græci, quàm Latini, in augmentis seu reduplicationibus præteritorum brevissimam vocalem loco schevatis mobilis usurpant; hi variam, & rarius, *pependi*, *momordi*, *pupugi*, illi unam E, & frequentissimè, γέγραφα *scripsi*, τέτυφα *verberavi*, νενέμηκα *distribui*. Qui sonus E, cùm omnium sit tenuissimus & maximè exilis, cuivis schevati mobili eum communem facimus; ut cujus eadem est ratio, eadem quoque sit prolatio. Cæterùm quoties Hebræa, Latinis literis exprimuntur, istud E inclinato seu currente, quem dicunt, charactere, discriminis ergò, notatum est.

Scheva quiescens autem, quod ferè semper immediatè antecedentem habet vocalem, novo sono non indiget, & hinc meritò est ac dicitur *Mutum*.

§ 40. Vicaria Schevatis, quæ

Compo-

Compoſita vocantur, quia ſonum vocalis, quâ cum componuntur, Schevati ſuo proprium neceſſariumque faciunt, ſemper ſunt Mobilia, literamque ſuam, cui ſubſunt, movent, connectendam ſequenti vocali: non aliter ac ſcheva mobile, quod ob illud officium adventitio ſono donatur.

Hæc eapropter ſimili indicio cum Schevate mobili notantur, currenti ſcilicet charactere.

§ 41. Vicarium ſchevatis quod *Patach furtivum* dicitur, licet ſonum non minus, quàm figuram cum vocali patach communem habeat, & idcircò mutum eſſe nequeat, poteſtatem tamen aliam non obtinet, quàm ſchevatis quieſcentis; cujus tum munere gaudet, tum loco. Munere quidem, quia literam, cui ſubjacet, cum præ-

cedente vocali conjungit, quamobrem ante suam literam celerrimè & furtim quasi proferendum est, ordine inverso §27. sibique prorsus singulari. Loco autem, quia non nisi in fine syllabæ reperitur, & ad eam absolvendam facit, רוּחַ rûahh *spiritus*.

§ 42. *Diphthongus* propriè dicta nulla datur, quia duæ vocales immediatè concurrere nequeunt. Ast quasi diphthongi sonum refert omne Jod mobile, vi schevatis quiescentis cum antecedente vocali, ad id opportunâ, connexum. Opportunæ vocales hîc sunt tres longæ, Kametz, Cholem, & Schurek, ac duæ breves Patach & Kibbutz. Harum longæ solùm cum finali Jod diphthongescunt; Kibbutz cum mediano tantùm; Patach

tach cum utraque, tam mediano, quàm finali, אֲדֹנָי 'adhô-nâ'j *Dominus* Gen. 18. v. 3. לְגוֹי leghô'j *in gentem*, ib. v. 18. גָּלוּי gâ-lû'j *revelatus* Eſt. 3. v. 14. הַחֲנִיּוֹת ha-hhanyj-jô'th *cellulæ* Jer. 37. v. 16. אַיֵּה qaj-jê' *ubi* Gen. 18. v. 9. שַׁדַּי ſchad-daj *omniſufficiens* Gen. 17. v. 1.

Alii ſonum diphthongeſcentem pari modo confici docent cum Vav, antecedente Kametz, Tzeri, Chirek longo, vel Patach in dictionis fine, nec non cum Patach, Chirek brevi, aut Kibbutz etiam in medio. Quod verum eſt, ſi Vav pronuncietur ut apud Arabes, itemque Germanos, Belgas, & Anglos W. Sin efferatur ut V vel F, diphthongi ſpecies nulla eſt, עֵשָׂו hê-ſâ'w vel hê-ſâv *Eſau* Gen. 25. v. 25. שַׁלֵּו ſchâ-lê'w vel ſchâ-lê'v *tranquillus* Job. 16. v. 12. אָחִיו qâ-hhî'w vel hâ-hhî'v *frater ejus* Gen. 25. v. 26. צָו tzâw vel tzâv *præceptum* Eſa. 28. v. 10. קָוְיָתִי kaw-wô' kiw-wî'-thî vel kav-vô' kiv-vî'-thî *Exſpectando exſpectavi* Pſal. 40. v. 2. צִוָּה tzyw-wâ' vel tzyv-vâ' *juſſus fuit* Num. 3. v. 16.

§ 43. *Dages lene* literis בגדכפת ex

§ 17.

§ 17. inscribitur ad euphoniam, tum in medio, tum in principio dictionis. In medio quidem, quoties immediatè antecedit scheva quiescens, tum explicitum, sive expressum, נָסַכְתִּי מַלְכִּי nâ-sách-tî mal-cî *unxi regem meum* Psal. 2. v. 6. tum implicitum in dages forti, ex § 44. אַפּוֹ yap-pô *ira ejus*, pro אַפְּפוֹ ib. v. 12. In principio autem I. quoties præcedens dictio terminatur schevate quiescenre: sive hoc fuerit expressum, לְמֶלֶךְ לֶמֶ-לֶךְ lemê'-lech tên *Regi da* Psalm. 72. v. 1. וַיַּרְא דָּוִד vaj-jár Davîdh *& vidit David* 1 Sam. 23. v. 15. יֹשַׁבְתִּי בַּלְּבָנוֹן jô-schábt- bal-lebhânô'n *habitatrix in Libano* Jer. 22. v. 23. ubi literæ quiescentes prorsus otiantur & absentes censentur ex § 34. sive subintellectum ex

§ 13.

§ 13. אֲשֶׁר פִּרְיוֹ יִתֵּן בְּעִתּוֹ qaschér pir-jô'jit-tê'n beHit-tô' *quæ fructum suum dabit in tempore suo.* Psal. 1. v. 3. יְהוָה בְּיִרְאָה qadhó-nâ'j bejir-qâ' *Dominum in timore* Psal. 2. v. 11. בְּצִדָּה תָּשִׂים betzid-dâ'h-tâ-sî'm *in latere ejus pones* Gen. 6. v. 16. sive vicarium ex § 41. וּבֹצֵעַ בֵּרַךְ û-bhô-tzêaH bê-rê'ch *& avaro benedixit.* Psal. 10. v. 3. II. quoties antecedit pausa: quæ vel maxima est, ut initiales sint periodi vel sententiæ, בְּרֵאשִׁית Berê-schî'th *In principio* Genes. 1. v. 1. כִּי cî' *Quia* Psal. 1. v. 2. vel minor, quando præcedens dictio non in scheva quiescens, sed in vocalem, aut quiescentium literam desinens accentu regio, vel pesikato (hoc est, per Pesik regiâ potestate donato, § 21.) fuerit instructa, וְהָיָה Vehâ-

jâ' ceHêtz

jâ' ceHê'tz *Et erit ſicut arbor* Pſal. 1. v. 3. וְגִילוּ בִּרְעָדָה veghî-lû bir-Hâ-dhâ' *& exultare in tremore* Pſal. 2. v. 11. יָגַעְתִּי בְּאַנְחָתִי jâ-ghaH-tî beqan-hhá-tî' *fatigatus ſum in gemitu meo* Pſalm 6. v. 7. אִם־יִשְׁמְרוּ בָנֶיךָ בְּרִיתִי qim-jiſch-merû' bhâ-né-châ berî-thî' *ſi cuſtodierint filii tui fœdus meum* Pſal. 132. v. 12.

III. quoties conjunguntur duæ harum literarum, priore ſchevatâ: vendicatur autem iſtud privilegium, euphoniæ gratiâ, hiſce paribus בב, כב, כפ, ככ, etiam כנ, juxta quoſdam, בְּהַכָּבְדִי בְּפַרְעֹה behic-câbhedhî' bePhar-HÔ' *dum honorem conſequor de Pharaone* Exod. 14. v. 18. לֹא־יִרְדֶּנּוּ בְּפָרֶךְ *non dominabitur ei in ſævitiâ* Levit. 25. v. 53. הֲלֹא כְּכָרְכֻּשׁ *nonne ſicut Carchemiſch* Eſa. 10. v. 9. נִשְׁכְּבָה בְּכִשְׁתֵּנוּ niſch-cebhâ bebhoſch-tê'-nû *procumbi-*

cumbimus in pudore noſtro Jer. 3. v. 26. Excipiuntur loca quatuor juxta Kimhi in Michlol fol. 107. b. Geneſ. 40. v. 10. 1 Sam. 10. v. 5. Pſal. 147. v. 17. Job. 33. v. 6. Huc ob ſoni quandam congruentiam referendum כח, pariter ſe habens in וְחָכְמָה כְּחָכְמַת־אֱלֹהִין vehhoch-mâ'cehhoch-math-ɣelâ-hî'n *& ſapientia ſecundùm ſapientiam Deorum* Dan. 5. v. 11.

Dages lene in Principio anomalôs tum negligitur ſcribendum, poſt Jod mobile ſemel, יְדֹנָי qadhô-nâ'j bhâ'm *Dominus inter iſtos* Pſalm. 68. v. 18. poſt Vav mobile bis, קַוְ־תְהוּ kav-thô'-hû *linea deformationis* Eſa. 34. v. 11. שַׁלֵּו שְׁהָ ſchâ-lê'v bhâ'h *tranquillus in ea* Ezek. 23. v. 42. tum ſcribitur negligendum, idque octies juxta Maſoram; כִּי־גָאָה גָּאָה cî-ghâ-qô gâ-qâ' *nam excellendo excelluit* Exod. 15. v. 1. ſic ibid. v. 11. & 16. Eſa. 54. v. 12. Jer. 20. v. 9. Pſal. 35. v. 10. Dan. 3. v. 3. cap. 5. v. 11.

Dages lene in Medio negligitur, I. in Nominibus quoties antecedens ſcheva quieſcens

ortum

ortum est ex Kametz, מַלְכֵי mal-chê *reges*, ex מְלָכִים Psal. 2. v. 2. vel ex Tzeri, בִּלְבָבִי bil-bhâ-bhî' *in corde meo*, ex לֵבָב Psal. 13. v. 3. vel ex primitivo schevate formæ absolutæ singularis aut pluralis, בִּלְבוּשׁ bil-bhûsch *in vestimento*, ex לָבוּשׁ Est. 4. v. 2. וְכַכְּפִיר vechich-phî'r *& sicut leunculus*, ex כְּפִיר Psal. 17. v. 12. וְלִשְׁפָחוֹת veliſch-phâ-hhô'th *& in ancillis*, ex שִׁפְחָה Jer. 34. v. 11. 16. II. in Verbis, quoties antecedens ſcheva quieſcens vel ortum est ex terminante vocali, קִרְבָה kor-bhâ' *appropinqua* e קָרַב Pſal. 69. v. 19. שִׁכְבָה ſchich-bhâ *concumbe* ex שָׁכַב Gen. 39. v. 12. וַתַּעַבְרִי vat-ta-hab-dhû' *& coluiſtis*, ex הֶעֱבַד Judic. 10. v. 18. vel est initiale, tum infinitivi Kal, לִשְׁפֹּט liſch-phô't *ad judicandum*, ex שָׁפַט Pſal. 10. v. 18. tum aliorum temporum antecedente præfixo, כְּמַתְעֵע *ſicut deceptor*, ex מַתְעֶה Gen. 27. v. 11. הַשְׁכַחְתֶּם *an obliti eſtis*, ex שְׁכַחְתֶּם Jer. 44. v. 9. הֲיִרְעֶתֶם *an noſtis?* 1 Reg. 22. v. 2. III. quoties ſcheva quieſcens antecedit affixa ſecundæ perſonæ, יִשְׁמָרְךָ jiſch-mor-châ' *cuſtodiet te* Pſal. 21. v. 7. לִבַּבְכֶם lebhabh-chém *corda veſtra* Pſalm. 31. v. 25. vel terminationem וּת in nominibus, מַלְכוּת mal-chû'th *regnum*, Pſal. 145. v. 13. ſic יַלְדוּת *adoleſcentia*, מְרִדוּת *rebellio*, עֲבְדוּת *ſervitus*, excepto

excepto unico תּוֹלְדוֹת *progenies*, Num. 32. v. 14. IV. Singulari jure seu anomaliâ, in nomine בְּגָדִים *vestis*, ante affixa quæcunque, בִּגְדִי bigh-dhî', Ezr. 9. v. 3. 5. בִּגְדוֹ bigh-dhô Genes. 39. v. 12. itemque in nominibus propriis, יָקְתְאֵל Jok-theqêl Jos. 15. v. 38. & יָקְדְעָם Jok-dheâ'm v. 56. & quibusdam aliis, נְגָדָה negh-dhâ *coram* Psal. 116. v. 14. 18.

§. 44. *Dages forte* ita duplicat literas, ut simul ad diversas syllabas referat; adeóque litera quæ latet in dages, semper pertinet ad syllabam vocalis præcedentis: cum quâ quiescit, si fuerit ex quiescentibus literis, & vocalis illa quieti opportuna, רִיאוּ ry-yû' *visi fuerunt* Job 33. v. 21. צִיּוֹן Tzî-jôn *Zion* Psal. 2. v. 6. שֶׁיַּחְזִיקֵי sche-jô-hhêz *qui apprehendet* Psal. 137. v. 9. sin fuerit mobilis, aut ex quiescentibus quidem sed vocalis illa quieti ejus haud conveniens, semper habet scheva quiescens, חַיִּים hhaj-jîm

viventes Psal. 124. v. 3 אַפָּם qap-pâ'm *ira ipsorum*; ibid. הַצַּדִּיקִים hatz-tzaddî-kî'm *justi* Psal. 125. v. 3. וְהַמַּטִּים veham-mat-tî'm *& declinantes* v. 5. Sedes itaque ejus propria est in medio dictionis, ut utrinque vocalis consistat, quarum unaquæque syllabæ suæ sonum largiatur.

In אַתְּ *tu f.* בָּרַתְּ *excidisti f.* & similibus, dages quidem literas refert ad diversas syllabas, sed posterioris literæ scheva mobile, quia nulla vocalis sequitur, per accidens fit quiescens, & syllabæ præcedenti suam quoque literam adjicit, § 37.

In שְׁתֵּים & שְׁתַּיִם *duæ*, dages forte est compensativum נ nun, scribendumque fuisset, שְׁנֵתַיִם pro שְׁנַתַּיִם; sed vocales masculini שְׁנַיִם *duo*, suppositæ sunt: unde dages in pronunciatione prorsus negligitur, quasi scriptum esset שְׁתַיִם. Aliis dages istud Lene est, & scheva antecedens mutum, cui præmittatur א, quemadmodum apud Arabes, hoc modo, אִשְׁתַּיִם Semel dages neglectum, uti indicat Raphe, מִשְׁתֵּי *propter duas* Jud. 16. v. 28.

§ 45.

§ 45. Dages forte peregrinam ſedem tenet, quoties occupat literam primam dictionis penacutæ biſyllabæ, aut monoſyllabæ acutæ. Fit iſtud, ſi litera initialis fuerit dageſſabilis, nec tamen vav, modo gemino. I. Mediante mackaph, quando præcedens dictio deſinit in He quieſcens cum kametz aut ſegol: & *Dachik* vocatur, שְׁכֻנָּה־לָּהּ ſchâ-chenâ-l-lâh *habitavit ſibi* Pſal. 120. v. 6. בְּנֹתֵה־בַּיִת bhô-ne-b-bájith *ædificans domum* 2 Par. 2. v. 3. Huc refertur מֶה per mackaph cohærens ſequenti dictioni, etiam polyſyllabæ acutæ, cujus tamen He potius otiatur, § 34. (quâ de cauſâ planè periit in מֶזֶּה *quid hoc?* pro מַה־זֶּה Exod. 4. v. 2. מַלָּכֶם *quid vobis?* pro מַה־לָּכֶם Eſa. 3. v. 15. מַתְלָאָה *quæ fatigatio?* pro מַה־תְּלָאָה Mal. 1. v. 13.)

13.) מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים ma-t-tôbh u-ma-n-nâ-hîm *quàm bonum & quàm amœnum* Pſal. 133. v. 1. 11. Sine mackaph, quando antecedens dictio accentum miniſtrum in penultimâ habet; ultimam autem exeuntem in ה radicale, aut in ſerviles terminationes ך, ם, ן, ה, interdum etiam י: diciturque hoc dages *Athe merachik.* עֹשֶׂה פְרִי hô-ſe p-perî *faciens fructum* Gen. 1. v. 11. הֵרָה נָסוּ hé-râ n-nâ'-ſû *montem verſus fugerunt* Gen. 14. v. 10. וַיִּבְרֵךְ בָּאוּ va-habhâ-dhé-châ b-bâ'-û *& ſervi tui venerunt* Gen. 42. v. 10. הִרְחַבְתָּ לִי hir-hhábh-tâ l-lî' *dilatâſti mihi* Pſal. 4. v. 2. אֵין יְשׁוּעָתָה לּוֹ qên jeſchû-hâ-thâ l-lô' *non eſt ullus ſalus ei* Pſal. 3. v. 3. קוּמוּ צְאוּ kû'-mû tz-tzeû' *ſurgite egredimini* Geneſ. 19. v. 14. & Exod. 12. v. 31. וַיִּגְרְשׁוּ לוֹ vaj-

jag-

jag-gĩ-dhû l-lô' & *indicârunt ipsi* Gen. 42. v. 49. Ast Athemerachik post acutam vocem legitur frequenter in Pentateucho, in hâc phrasi, אֶל־מֹשֶׁה לֵאמֹר *ad Mosen dicendo*, Exod. 6. v. 11. 29.

Dages forte aliquando primam literam dictionis monosyllabæ occupare videtur, ut totam repetendam significet: (quemadmodum apud Latinos olim litera una, vel plures, in eadem aut diversis dictionibus continuò recurrens, grandiori charactere semel duntaxat exprimi solebat: Sic legitur *gessiSe* pro *gessisse*, l. 20. D. de acquir. vel amitt. hæred. § 4. *defEN Dum* pro *defendendum* l. 9. D. de peculio § 4. *sENTiam* pro *sententiam* l. 21. D. de annuis legat. & fideicom. § 3. *apud deponente Manet* pro *deponentem manet* l. 17. D. depositi. & contra § 1. *qui à minoREm accipit*, pro *minore rem* l. 14. D. de minoribus, *inter me autem & tETium*, pro *te & Titium* l. 25. D. famil. erciscund. § 4. quò referre licet Psal. 123. v. 4. לַגָּאֱיוֹנִים *superborum*, pro quo Masora קרי facit לְגֵאֵיוֹנִים *superborum oppressionum.*) Fit istud in vocabulo לֹא, sed ut & לוֹ *ipsi*, & לֹא *non*, denotet, וַיֹּאמֶר לֹא

pro וַיֹּאמֶר לֹו לֹא *& dixit ipsi, Non.* 1 Reg. 11. v. 22. ubi Masora scribit ג׳ בטע׳ פסק׳ ורגש׳ *tria cum accentu pausante & dages.* Duo alia loca videntur esse Gen. 19. v. 2. & 1 Sam. 8. v. 19. quæ ambo habent, וַיֹּאמְרוּ לֹא *& dixerunt ipsi, Non:* quorum priori adscriptum ב׳ רגוש׳ *duo sunt dagessata*; posteriori autem ב׳ בטע׳ ורגש׳ *duo cum accentu & dages* leguntur, citaturque Gen. 19. v. 2. Conf. 1 Sam. 10. v. 19. cum cap. 12. v. 12. Huc quoque referendum forsitan est נָא dagessatum; antecedente dictione acutâ, ut & *nunc*, & *quaso* designet, Psalm 118. v. 25. הוֹשִׁיעָה נָּא quasi esset הוֹשִׁיעָה־נָּא נָא *serva nunc quaso*, & ibid. הַצְלִיחָה נָּא *prospera nunc quaso.*

SECTIO IV. de MUTATIONE PUNCTORUM generali.

§ 46. Vocales breves suâ naturâ mutabiles sunt, § 30. Longarum aliæ naturâ suâ immutabiles, aliæ mutabiles. Immutabiles sunt, quæ literam quiescentem expressam postulant, Chirek longum, Schurek, & interdum Cholem. Mutabiles

tabiles sunt, quæ istiusmodi quiescente carent, Kametz, Tzeri, & nonnunquam Cholem. At longæ, naturâ mutabiles, fiunt etiam ipsæ immutabiles ex accidenti, quoties nempe compensant defectum aut quietem, vel aliàs quieti אחוי שלך inserviunt: prius fit ex § 60. alterum ex § 130. tertium in הֵיכָל *templum*, & similibus.

Anomaliæ sunt:

I. Vocalis longa compensans defectum vel quietem mutabilis est in ultimâ syllabâ, tum Nominum, ob regimen & affixa gravia, הַר הָאֱלֹהִים *mons Dei*, Exod. 3. v. 1. הָרְכֶם *mons vester* Psalm 11. v. 1. ab הָר *mons*, unde הָרֵי *montes* Ezek. 6. v. 2. שַׂר חֲמִשִּׁים *princeps quinquaginta* 2 Reg. 1. v. 9. שָׂרֵיכֶם *princeps vester*, Dan. 10. v. 12. à שַׂר *princeps*, unde שָׂרֵי *principes* 2 Reg. 1. v. 14. tum Verborum in fine non auctorum, ob ablatum accentum, הָשֵׁב־נָא *redeat quæso*, à הָשִׁיב 1 Reg. 17. v. 21. sic וַיָּרָץ *& cucurrit*, à יָרוּץ Gen. 18. v. 2. הָרֶם־לָךְ *attolle tibi*, à הָרִים 2 Reg. 6. v. 7. וַיַּצַּף *& fluere fecit*, à יָצַף ibid. v. 6.

Ultima vocalis propriè compensans non est, sed fluit ex formâ nominum; fit autem compensans, quando auctâ dictione à fine necessitas compensationis introducta est.

II. Vocalis longa, compensativa defectus aut quietis mutabilis est in penultimâ syllabâ quorundam Nominum, גְּרוֹנִי *guttur meum*, ex גָּרוֹן à גָּרַר Psal. 69. v. 4. וְרָמָתְךָ *superbiam tuam*, ex רוֹם à רוּם 1 Sam. 17. v. 28. שְׂשׂוֹן יִשְׁעֶךָ *gaudium salutis tuæ*, ex שָׂשׂוֹן à שׂוּשׂ Psal. 51. v. 14. nisi satius sit hæc ad וְרָמָה גָּרָה & שְׂשׂוֹן referre.

III. Kametz immutabile est 1. sub literâ dagessatâ, aut indagessabili dagessandâ, in Niphal, הִזָּכְרֻכֶם *recordari vos* Ezek. 21. v. 24. וְהֻרְסוּן *destruentur* Psal. 11. v. 3. יֵאָסְפוּן *colliguntur* Psal. 104. v. 22. יִבָּהֲלוּן *conturbantur* v. 29. יִבָּרְאוּן *creantur* v. 30. in Nominibus formæ, בְּקֻשָּׁתְךָ & בְּקֻשָּׁךְ cum finale non est, בְּקֻשָּׁתְךָ *petitio tua* Est. 5. v. 6. חָרַשׁ עֵצִים *faber lignorum* Esa. 44. v. 13. & חָרָשִׁי *fabri* Esa. 45. v. 16. Huc refer אִכָּר *agricola*, item tzeri in מַצֵּבָה *statua*. Analogiam tamen in plurali sequuntur בַּלָּהָה *terror*, חַטָּאָה *peccatum*, לְהָבָה *flamma*, גַּחַל *pruna*, דַּבָּא *attritus*, צַוָּאר *collum*, שַׁבָּת *sabbathum*. 2. in Nominibus gentilibus, עֲמָלֵקִי *Amalekita*, 2 Sam. 1. v. 13. כְּלָבִּי *Calebita* 1 Sam. 25. v. 3. similiter tzeri in הַמַּכְרָתִי *Mecherita* 1 Par. 11. v. 26.

v. 36. & in חַבְרָתִי *Berothita* ibid. v. 39. in הַגְּדֵרָתִי *Gederita* cap. 12. v. 4. At יִשְׂרְאֵלִי *Israëlita*, & יִשְׂרְאֵלִית *Israëlitis* Lev. 24. v. 10. item וְיִשְׁמְעֵאלִים *& Ismaëlitæ* Psalm 83. v. 7. 3. in pluralibus nominum formæ פְּקֵי, גְּדֵי *hœdi* Gen. 27. v. 9. לְתֵי *genæ* Esai. 30. v. 29. 4. sub Mem servili in nominibus ex defectivis secundâ radicali ortis; מָגֵן *clypeus*, מָסַךְ *velum*, מָעֻז *robur*; מָגִנִּי *clypeus meus* Psal. 7. v. 11. מָסַךְ הַפֶּתַח *velum ostii* Exod. 35. v. 15. מָעֻזָּם *robur ipsorum* Psal. 37. v. 39. 5. in nominibus formæ פָּקוּת, וְגָלוּתִי *& captivitatem meam* Esa. 45. v. 13. Eodem pertinet הֲלִיּוֹתָיו *propagines ejus*, à הָלִיָּה Jer. 11. v. 16. itemque tzeri in גָּאוּת *excellentia*. 6. Speciali jure antepenultimum in בָּגוֹדָה *prævaricatrix*, אָנֹכִי *ego*, penultimum in אֲלָה *exsecratio*, הָרָה *gravida*, מָנוֹת *portiones*, תְּעָלָה *aquæductus*, דּוּדָאִים *mandragoræ*, חֲטָאִים *peccata*, עֲבָדִים *opera*, *facta*, אַזְכָּרָה *suffimentum*, קֶדֶם *ex adverso*, קָמוּט *exitium*: ultimum in קָרְבָּן *munus*, רַחֲמָן *misericors*, מוֹרָשׁ *possessio*, תּוֹשָׁב *incola*, וָו *uncus*, מוֹצָא *egressus*, מַעֲשֶׂה *factum*, auctâ in plurali dictione. Distinctio attenditur in שָׁלִשִׁים *tribuni*, & שָׁבֻעִים *septimanæ*, à שְׁלִישִׁים *tertii*, & שְׁבוּעִים *juramenta*.

IV. Tzeri immutabile est in Nominibus formæ פִּקֻּדָה, & pluralibus formarum פְּקֻדִּים & פְּקֻדִּי:

פֶּקֶר: non tamen perpetuum id eſt, גְּנֻבָתִי *pro furto ſuo*, Exod. 22. v. 2. גִּבְלָתוֹ *cadaver ejus* Deut. 21. v. 32. & גִּבְלָתִי *cadaver meum* Eſa. 26. v. 19. זְאֵבֵי עֶרֶב *lupi veſpertini*, à זְאֵב Zeph. 4. v. 3. שְׂמֵחֵי *gaudentes*, à שָׂמֵחַ Pſal. 35. v. 26. חֶפְצֵי *delectantes*, à חֵפֶץ ibid. v. 27. at יִרְאֵי *timentes*, à יָרֵא Pſal. 15. v. 4. Huc pertinent זֵעָה *ſudor*, לֵדָה *partus*, צֵאָה *excrementum*, תֵּבָה *arca*, ubi prima Jod deeſt per aphæreſin, pro יֵעָה &c. (Attamen עֵדָה *cœtus*, licet ſit à יָעַד *condixit*, mutat tzeri, ut diſtinguatur à עֵדָה *teſtimonium*, à עוּד *teſtari*, cujus tzeri quietem compenſat, & propterea mutari nequit: עֵצָה *conſilium*, à יָעַץ *conſilium dedit*, & שֵׁנָה *ſomnus*, à יָשֵׁן *dormivit*, tzeri quoque mutant.) Speciatim in תַּרְדֵּמָה *ſopor profundus*, מַהְפֵּכָה *ſubverſio*, מֵאוֹת *centena*, פְּאוֹת *anguli*, מְכֵרוֹת *machæræ*, רֵעָה *amicus*, רֵעָה *amica*, & utrumque in מְרֵעָה *amicus*.

V. Schurek ſublatum eſt in חֻשְּׁמָה *deſolatam eſſe eam*, deficiente mappik affixi, pro חוּשְׁמָה Lev. 26. v. 34. תְּהֻשְּׁמָה pro תְּהֻשְׁמָה ib. v. 43.

VI. Schurek terminale in Pahul Kal mutatum eſt ablato accentu in dictione נְאֻם *dictum*, unde eſt frequentiſſimum illud נְאֻם־יְהוָה *dictum Domini*.

§. 47. In mutationibus Vocalium lon-

um longarum in breves, & vicissim brevium in longas, non attenditur sola quantitas, manente eodem sono, juxta oppositionem §§ 10. & 11. sed alia obtinet oppositio. Nam cùm vocales breves universæ, longarum autem solummodò tres mutabiles sint: quædam breves non propriam, sed communem cum aliis habent oppositam longam.

Opponuntur igitur Kametz & Patach; in certis casibus etiam Segol, & rarius adhuc Chirek breve. Tzeri & Chirek breve, nonnunquam & Segol. Cholem & Kametzchatuph vel Kibbutz. Pro Cholem tamen adhibetur Schurek in Hophal verborum imperfectorum quoad radicalem mediam, ad euphoniam.

Obtinet

Obtinet oppositio I. Kametz & Patach §49. 60. 62. 64. 99. 125. 130. 160. Kametz & Segol § 86. 160. Kametz & Chirek breve § 82. 87. 125. 130. II. Tzeri & Chirek breve § 49. 60. 62. 64. 125. 130. 143. Tzeri & Segol § 143. 146. Tzeri & Patach rarò § 160. III. Cholem & Kametzchatuph § 49. 60. 62. 64. 86. 143. 146. Cholem & Kibbutz § 49. 60. 62. 64. 86. IV. Schurek & Kametzchatuph, § 125. 130. 146.

§ 48. Vocalis brevis, carens omni complemento temporis deficientis, subsistere nequit, § 30. eoque vel planè abolenda est, vel producenda in vocalem longam, vel novo complemento ei succurrendum, עֲבָדִים *servi*, ex עֲבָדִים à עֶבֶד Eccl. 10. v. 7. שַׁעֲרִים *portæ*, ex שַׁעֲרִים à שַׁעַר Judic. 5. v. 8. הֲדַסִּים *myrti*, ex הֲדַסִּים à הֲדַס Zach. 1. v. 8.

§ 49. Vocalis longa occurrens in eâdem syllabâ cum consonâ, seu literâ mobili, habente scheva quiescens

quiescens, expressum vel subintellectum, nec fulta accentu tonico, aut euphonico, corripitur in oppositam brevem, juxta §32. תִּשְׁתֶּם *an sitis vos*, ex שׁ Deut. 13. v. 4. בְּעֻזֶּךָ *in robore tuo*, ex עֻ Psal. 21. v. 14.

Excipiunt unicum, בָּתִּים *domus*, cum suis mutationibus, quod legunt *bât-tîm*, voluntque dages forte compensativum esse ejecti Nun, quasi ex בָּנָה בָּנְתִּים à בָּנָה *ædificavit*. Sed cùm formationis illius nulla dari queat analogiæ species, meritò repudiatur, ac rectius legitur *bot-tîm*, ut sit ab inusitato singulari בּוֹת, & hinc in plurali, resoluto cholem in Kametzchatuph & dages forte ex §64. בָּתִּים à בּוֹת *pernoctare*, unde etiam descendit בַּיִת *domus*, cujus pluralis non reperitur. Quod vero Kametz ejus antepenultimum ab accentu metheg habet, בָּתֵּיכֶם *domuum vestrarum* Gen. 42. v. 19. בָּתֵּיהֶם *domus ipsorum* Num. 16. v. 32. non mage Kametz longum esse confirmat, quàm longum chirek in יִהְיוּ *erunt* & יִחְיוּ *vivent*, quæ semper metheg possident § 159. num. 7.

Omne igitur Kametz, quod in eadem syllabâ cum schevate quiescente concurrit, nec accentu tonico, *

nico, vel saltem euphonico, fulcitur, est Kametzchatuph: quâ unâ notâ à Kametz longo distinguitur.

Concursus ille observandus venit, I. quando sequitur scheva quiescens expressum, קָרְבָּן kor-bâ'n *oblatio*, Levit. 1. v. 2. מִשְׁחַת moschhâth *corruptus* Prov. 25. v. 26. II. quando sequitur scheva quiescens subintellectum, vel sub ultimâ mobili, § 13. כֹּל col *omnis* Gen. 1. v. 29. וְעִמְּךָ vejâ-kom lâ'ch *& stabit tibi* Job 22. v. 28. וַתַּעַז vat-tâ-HOZ *& robusta fuit*, Jud. 3. v. 10. vel in dages forti, § 44. בְּעֻזֶּךָ beHOZzechâ *in robore tuo* Psalm 21. v. 2. רֹן ron-nî' *vociferare f.* Esai. 54. v. 1. Quod si tamen dages forte improprium fuerit, ex § 45. quia tunc intercedit litera quiescens, expressa aut subintellecta § 150. quæ vocalem longam constituit immutabilem § 46. Kametz longum constans manet. שְׂבַעַת־לָהּ sâ-bheHâ-l-lâ'h *satiata sibi bi est* Psalm 123. v. 4. מָשַׁחְתָּ שָׁם mâ-schâhhtâ sch-schâm *unxisti ibi* Genes. 31. v. 13. III. quando Chatephkametz, aut etiam Kametzchatuph loco schevatis quiescentis collocatur, propter anomaliam literarum gutturalium: illud fit ex § 53. num. 3. מְעֻנָּךְ mo-HOmâ'dh *constitutus* pro מְשֻׁמָּד 1 Reg. 22. v. 25. istud ex § 57. & 59. בְּאָהֳלֶךָ bheqo-hol-châ' *in tentorio tuo*, בְּאָהֳלֶךָ Psam 61. v. 5. Excipiuntur tria, quæ

quæ neglecto mackaph accentum appoſuêre puncto Kametzchatuph, de quibus vide § 158.

§ 50. Vocalis longa mutabilis, quando antepenultimum, ulterioremve locum ab accentu tonico ſortitur, (quia ad tonum fertur pronunciatio, tantò magis acceleranda, quantò longius à tono, ſeu accentu abeſt,) tempus unum amittit, & (quoniam reſiduum ſubſiſtere ſolum nequit, ex § 30.) mox etiam alterum, adeóque planè tollitur, ſuccedente notâ abſentis vocalis, hoc eſt, ſchevate, עֲבַרְתֶּם *tranſviſtis*, pro עָבַרְתֶּם à עָבַר Joſ. 3. v. 4. לְבָבֵנוּ *cor noſtrum*, pro לִבֵּנוּ à לֵב Joſ. 2. v. 11.

Vocalis longa immutabilis tantundem diſtans ab accentu tonico, accipit euphonicum, accelerationem illam pronunciationis, adeoque

eóque & abolitionem vocalis inhibentem, בֵּאלֹהִים *in Deo* Psal. 3. v. 3. וְאִישָׁנָה *& dormiam* ib. v. 6. תּוֹשִׁיבֵנִי *habitare facies me* Psal. 4. v. 9.

Schurek initiale constans est, licet metheg non admittat, וּבֹצַע *& avarum* Psal. 10. v. 3. וּמִרְמָה *& fraudium* ibid. v. 7.

§ 51. Vicaria Schevatis propria sunt literarum gutturalium אהחע, quæ cùm difficilius exprimantur, quia solo spiritu formandæ sunt, ad euphoniam sæpenumero puncta ista adsciscunt loco schevatis simplicis.

§ 52. Patach furtivum, loco schevatis quiescentis § 41. poscunt gutturales tres, ה radicale & mobile, ח & ע: & quidem bifariam, I. quando ultimæ sunt in dictione, præcedente vocali longâ quâcunque,

cunque, excepto Kametz, יֹדֵעַ *sciens*, pro יָדֵעַ Gen. 3. v. 4. רָקִיעַ *expansum* pro רָקִיעַ Gen. 1. v. 6. אֱלֹהִים *Dei*, pro אֱלֹהִים Psal. 50. v. 22. רוּחַ *spiritus*, pro רוּחַ Psal. 51. v. 19. Antecedente verò brevi quâcunque, in hujus locum migrat, estque tunc non amplius servile aut furtivum, sed vocalis brevis, וַתָּנַח *& quievit*, pro יַתָּנַח ex הֵנִיחַ Gen. 8. v. 4. וַיָּנַח *& quiescere fecit*, pro וַיָּנֵחַ ex יָנַח Jos. 21. v. 44. וַיָּרַע *& malè egit*, pro וַיָּרֵע ex יָרַע 1 Reg. 16. v. 25. גָּבַהּ *altitudo*, pro גָּבָהּ Prov. 16. v. 18. II. quando penultimæ sunt in dictione, sequente aliâ consonâ, pariter vocali cassâ; sic verò ordinariè vocalis brevis, & frequentissimè patach antecedit, פָּשַׁעַתְּ pâ-schâaht *prævaricata es*, pro פָּשַׁעְתְּ Jer. 3. v. 13. הָגַעַתְּ hig-

gáaht *pertigisti*, pro הִגְעַתְּ Est. 4. v. 14. וְלָקַחְתָּ velâ-káahht *& accipies*, pro וְלָקַחְתָּ 1 Reg. 14. v. 3. וַיִּחַד vaj-jíahhd *& lætatus est*, pro וַיִּחַד Exod. 18. v. 9. שְׁמַעַן schemáahn *audite*, pro שְׁמַעַן & hoc pro שְׁמַעְנָה Gen. 4. v. 23.

§ 53. *S*chevata composita, quæ Chateph vocantur in compositione suâ, à gutturalibus omnibus assumuntur loco schevatis simplicis: & quidem pro Mobili semper, pro Quiescente frequenter.

Loco Mobilis schevatis semper adhibetur compositum sub gutturalibus, quia cum mediatè antecedant vocalem, intercedente aliâ consonâ, combinatio earum fieri nequit, sine adscitio sono: Ast quando gutturales habent scheva Quiescens, immediatè sequuntur vocalem, & facilior est conjunctio cum eâdem. Igitur

I. Loco Schevatis Mobilis in medio dictionis perpetuum est Chatephpatach, וְאֹגְלוֹ *& redemtor ejus* Esa. 44. v. 6. תִּפְחֲדוּ *timebitis* ibid. v. 8.

v. 8. צָעֲדָה *progressa est* Gen. 49. v. 22. Excipe 1. Chatephsegol in medio habet הָאֹהֱלָה *in tentorium* Gen. 18. v. 6. & alibi. Item יַאֲחֶזוּךָ *apprehendent te f.* Jer. 13. v. 21. Sic וַיִּחַמּוּ *& incaluerunt* Genes. 30. v. 30. יֶהֱמָתְנִי *incaluit de me* Psalm 51. v. 7. אֶחָרִי *morantur* Judic. 5. v. 28. in quibus ratio habita præcedentis segol. 2. Catephkametz in medio habent וַתִּשְׁחֳרִי *& muneribus donasti* Ezek. 16. v. 33. יִתְאַרְחוּ (pro quo ibidem scriptum ante fuerat יִתְאָרְחוּ) *efformabit illud* Esai. 44. v. 13. הַרְהֹיָה *Harhoja* Nehem. 3. v. 8.

II. Loco Schevatis Mobilis in principio dictionis frequentissimum est Chatephpatach, אֲבִיכֶם *patri vestro* Gen. 31. v. 6. אֲשֶׁר *quem* ibid. v. 13. עֲשֵׂה *fac* ibid. v. 16. Verum 1. Chatephsegol est, ֱ sub initiali א, tum nominum quorundam, maximè monosyllaborum duas censonas ante vocalem habentium. אֱגוֹז *nux*, אֱוִיל *stultus*, אֵיל *robustus*, אֱלֹהִים *Deus*, אֱלִיל *idolum*, *nihili*, אֱלוּל *Augustus mensis*, אֱמֶת *veritas*, אֱנוֹשׁ *homo*, אֱשְׁיָן *nigredo*; אֱלוּת *robur*, אֱמוּנָה *veritas*, אֱתִי *ero*, אֱלֵי *ad*; & nominum propriorum, quæ post א schevandum לי habent, אֱלִיעֶזֶר *Eliëser*, אֱלִימֶלֶךְ *Elimelech*, אֱלִישָׁע *Elisæus*, &c. tum verborum in infinitivo constructo, & imperativo Kal, אֱמֹר *dicere*, & dic,

dic, אֱכֹל *edere*, & *ede*, אֱלִי *ejula f.* At בֶּאֱכֹל *in comedendo* Num. 26. v. 10. הֶאֱמֹר *an dicendum?* Job 34. v. 18. II sub initiali ה, tum in præterito Hiphil verborum quiescentium mediâ radicali, quando tertiis personis accessêre affixa, rarò quando in secundâ aut primâ personâ epenthesin admisêre. הֵשִׁיבוֹ *restituit eum* 1 Reg. 13. v. 20. 23. 26. הֵמִיתָם *occidit eos* Jer. 41. v. 8. הֵלִיצֻנִי *irriserunt me* Psal. 119. v. 52. הֵשִׁיבוֹתָ *reversus es* Psalm 85. v. 4. tum verbi הָיָה vel תָּיָה *fuit*, in Kal, הֱוֵה *esto* Job 37. v. 6. תֱּיֵה *esto* Exod. 18. v. 19. at תְּהִי *esto f.* Gen. 24. v. 60. III sub initiali ע in עֲזוּז *robur*, עֲלִי *pistillum*, עֲנוּת *afflictio*, עֲרוּךְ *dispositus*, עֲנִי *canne*. 2. Chateph-kametz est sub gutturali primâ, in Nominibus tum formæ פָּקֹד, quoties cholem in scheva transiit, חֳדָשִׁים *menses*, אָהֳלִים *tentoria*; tum formæ, פָּקִי crebrò, אֳנִי *navis*, (& ex eo אֳנִיָּה *navis*,) חֳלִי *morbus*, עֳנִי *afflictio*, (at אֲנִי *ego*, & חֲלִי *monile*, distinctionis ergò, עֲנִי *os.*) Anomalôs occurrit in הַחֲבַלְתִּי *desistamne?* pro תַּחְבַּלְתִּי Jud. 9. v. 9. 11. 13. ubi tamen scheva ante Kametz ex metheg natum videtur.

III. Loco Schevatis Quiescentis adsciscitur chateph, seu compositum scheva, quod sono respondeat immediatè præcedenti vocali brevi, puta patach, segol, vel kametzchatuph: quæ, deficiente

deficiente complemento suo priore, (propter schevatis compositionem, & per hanc ejus motum ad sequentem syllabam, § 40.) aliud illicò accipit, videlicet accentum euphonicum וְאַעֲלֵה *& adscendere feci*, pro וְאֶעֱלֶה Amos 4. v. 10. נַעֲשֶׂה *faciam*, pro נֶעֱשֶׂה ibid. v. 12. מְאָסָם *spernere eos*, pro מְאָסֵם Amos 2. v. 4.

IV. Loco Schevatis Quiescentis adsciscitur chateph, seu compositum scheva, ad cujus sonum immediatè præcedens vocalis brevis, chirek breve aut kibbutz, mutatur, (quia hæ duæ vocales breves cum schevate nunquam componuntur, adeóque chateph sono sibi respondens non habent:) addito hîc similiter accentu euphonico. *Chatephpatach* assumitur, & mutat antecedens chirek breve in patach: sub præformantibus יִ futuri Kal, & מִ præteriti ac participii Niphal tum in verbis perfectis, utrobique exeuntibus in cholem, יַחְרֹשׁ *arabit*, pro יִחְרֹשׁ Hos. 10. v. 11. תַּעְבֹד *coles*, pro תִּעְבֹד Gen. 4. v. 12. וַנֹּהֶפֶךְ *& versus fuit*, pro נֹהֶפֶךְ Est. 9. v. 1. tum in quiescentibus tertiâ He, quorum prima est Ajin. נַעֲשֶׂה *faciamus*, pro נֶעֱשֶׂה Gen. 1. v. 26. נַעֲלָה *abductus fuisset*, pro נֶעֱלָה 2 Sam. 2. v. 27. Excipe יְהַדֵּף *expellet* Prov. 10. v. 3. וְיִחְשֹׂף *nudabitque* Psal. 29. v. 9. *Chatephsegol* assumitur &

mutat antecedens chirek breve in segol, sub præformantibus יִ futuri Kal, & ; præteriti ac participii Niphal in verbs perfectis neutrubi exeuntibus in Cholem. יֶחֱרַשׁ *silebit*, pro יֶחֱרַשׁ Psalm 50. v. 3. נֶהֱרְסָה *destructa est*, Prov. 24. v. 31. sub iisdem præformantibus יִ futuri Kal, & ; præteriti ac participii Niphal in verbs perfectis ab Aleph incipientibus, itemque in quiescentibus tertiâ He quorum prima est He vel Cheth. תֶּאֱחֹז *apprehendes*, pro תֶּאֱחֹז Eccl. 7. v. 18. נֶאְדָּר *magnificus*, pro נֶאְדָּר Exod. 15. v. 11. יֶחֱזֶה *videbit*, pro יֶחֱזֶה Num. 24. v. 4. יֶהֱמָה *perstrepet*, pro יֶהֱמָה Jer. 48. v. 36. sub ה characteristico præteriti Hiphil, הֶאֱרִיכוּ *prolongârunt*, pro הֶאֱרִיכוּ Judic. 2. v. 7. הֶעֱמִיד *constituit*, pro הֶעֱמִיד 1 Par. 6. v. 16. sub primâ radicali Aleph in imperativo Kal. אֱהַב *amate*, pro אֱהַב Psal. 31. v. 24. אֱחֹז *prehendite*, pro אֱחֹז Cant. 2. v. 15. Excipe, תַּחֲנֶה *castrametabitur* Psalm 27. v. 3. cum omnibus ejusdem temporis; תִּתְחַתֶּה *accipietne* Proverb. 6. v. 27. *Chatephkametz* assumitur, & mutat antecedens Kibbutz in Cametzchatuph, מֻעֲמָד *constitutus*, pro מֻעֲמָד 1 Reg. 22. v. 35. Prorsus anomala hîc sunt תֶּהֱלַךְ *ambulat*, pro תֶּהֱלַךְ vel תֶּהֱלָךְ Psalm 73. v. 9. & Exod. 9. v. 23. nec

non מְעַבְרֵם *coles eos*, pro תְּעַבְדֵם ex תָּעַבְדוּ Exod. 20. v. 5. & cap. 23. v. 24. & Deut. 5. v. 9. atque etiam וְנַעַבְדֵם *& colemus eos* Deut. 13. v. 3. siquidem ista activa sint, & ad Kal referenda, non autem passiva ex Hophal, vide § 137. item וְאַחְזֵי *& cape*, pro אֲחֹז Ruth. 3. v. 15.

V. Scheva compositum ex Quiescente ortum, quando præformans habet vel accepit vocalem homogeneam, interdum redit in simplex quiescens, חָאטַר *claudet* Psal. 69. v. 16. נֶהְפַּךְ *conversus est* Psalm 32. v. 4. הָעְלִים *occultavit* 2 Reg. 4. v. 7. הָחְבִּיאָה *occultavit* Jos. 7. v. 25. וְהָחְתֵּל *& fasciis involvendo* Ezek. 16. v. 4. Rarius id fit antecedente præfixo. לְעֹזֹר *ad juvandum*, pro לְעֶזֹר 2 Par. 14. v. 10. cap. 19. v. 2. בְּעֹזֹר *in juvando* 1 Par. 15. v. 26. וְעֹצֵר *& cohibere* Job 4. v. 2. לֶאֱסֹר *ad ligandum* Psal. 105. v. 22.

VI. Scheva Quiescens sub gutturalibus constanter retinetur 1. ante afformantes syllabicas verborum. יָדַעְתִּי *novi* Jer. 10. v. 23. לָקַחְתָּ *accepisti* 1 Sam. 12. v. 4. נָגֵעְנוּ *exspiramus* Num. 17. v. penult. Huc pertinet pronomen, afformati originem dans, אֲנַחְנוּ vel נַחְנוּ *nos*. At legitur chateph וְנַגַּעֲךָ *attigimus te* Gen. 26.

v. 29. וְהוֹקַעֲנוּם *& suſpendemus eos* 2 Sam. 21. v. 6. יְדַעֲנוּךָ *novimus te* Hoſ. 8. v. 2. 2. ante jod mobile, גִּהְיָה *effectum* Prov. 13. v. 19. מַעְיָן *fons* Levit. 11. v. 36. מִחְיָה *victus* Ezr. 9. v. 8. at legitur chateph in Hiphil verbi חָיָה *vixit*, item לֶחֱיָה *maxilla ejus* Lam. 1. v. 2. וַיִּהְיוּ *& fuerunt* Gen. 26. v. 35. 3. in quibuſdam Nominibus propriis, נַחְשׁוֹן *Naaſſon*, רַעְמָה *Raama* גַּעְתָּם *Gaatám*.

§. 54. Literæ non-gutturales loco ſchevatis ſimplicis aliquando adſciſcunt Compoſitum: quod tamen in omnibus codicibus non comparet.

Chatephpatach occurrit 1. loco Mobilis ſchevatis ſub Reſch verbi בָּרַךְ in Pihel. תְּבָרְכוּ *benedicetis* Num. 6. v. 23. אֲבָרְכֵם *benedicam eis*, ibid. v. 27. ſub Mem participii Pihel pluralis cum articulo, הַמְלַקְּקִים *lambentium* Jud. 7. v. 6. הַמַּקְפִּדִים *ſepelientes* Ezek. 39. v. 15. poſt initiale Schurek metheg tunc adſcripto, וְזָהָב *& aurum* Gen. 2. v. 12. וְשָׁמְעוּ *& audi* Num. 23. v. 18. וְתִבָּקְשִׁי *& inveſtigaberis* Ezek. 26. v. 21. 11. Loco Quieſcentis ſchevatis in voce וַיֹּאכְלוּ *comederunt* Gen. 41. v. 4. & 20. juxta Eliam

Eliam Levitam; post vocalem brevem. רֻשַּׁפָּה *recreatus fuit* Job 33. v. 25. III. Loco Mobilis vel Quiescentis schevatis, sub priore duarum, continuò repetitarum. צְלֻלָּה *profundum petierunt* Exod. 15. v. 10. רִבְבוֹת *myriades* Num. 10. v. 36. קְלֻלָה *maledictio* Prov. 26. v. 2.

Chatephkametz occurrit loco Mobilis schevatis 1. sub literâ fortiter dagessatâ. לָקְחָה *desumta est* Genes. 2. v. 23. בְּסַעֲרָה *in turbine* 2 Reg. 2. v. 1. II. quando scheva natum est ex cholem, tum in nominibus formæ בָּקָר vel בָּקִי, tum in verbis. הַקְּדֹשִׁים *sanctitatum* 2 Par. 3. v. 8. דְּמִי *silentium* Esai. 62. v. 6. 7. אֶשְׁקְטָה *quiescam* Esai. 18. v. 4. Utrumque concurrit in שִׁבֳּלִים *spicæ*, à שִׁבֹּלֶת Gen. 41. v. 5. in כֻּתֹּנֶת *tunicæ*, à כְּתֹנֶת Exod. 28. v. 40. in תִּקְּבֶנִּי *maledices ipsi*, à תִּקֹּב Num. 23. v. 25. III. Post initiale schurek in וְסַעֲרָה & *fulci* 1 Reg. 13. v. 7. וְצַעֲקִי & *vociferare* Jer. 22. v. 20.

Chatephsegol non nisi semel reperitur in וּבִצְלְצָלִים & *cum cymbalis* 2 Sam. 6. v. 5. ubi tamen analogôs emendatiora exemplaria legunt צֶלְצָלִים. at in יְהוָה peregrinum est, non secus ac reliqua puncta juxta § 25.

Attamen Scheva compositum sub non gutturali in concursu cum antecedente schevate habetur pro simplici. חֲבֵרָכָה *an benedictio*, ex § 105. & 59. Gen. 27. v. 38. הֲצֳרִי *an balsamum*, ex § 105. Jer. 8. v. 22. וְשִׁבְיַת *& captivum duc*, ex § 106. & 57. Judic. 5. v. 12.

§ 55. Duobus Schevatibus Quiescentibus in medio dictionis concurrentibus, (quia duæ consonæ in medio vocalem sequi, & ejus syllabam claudere nequeunt, § 33.) posteriori vel tribuendus motus, ut literam suam sequenti syllabæ adjungat; vel substituenda vocalis, ut novam cum suâ consonâ syllabam faciat. Prius fit cum affixis gravibus, ex § 95. & vix animadvertitur, עַבְדְּכֶם *servus vester* Genes. 18. v. 5. Posterius in Verbis defecti-

defectivis mediâ radicali, § 125. & evidentissimum est, זַמֹּתִי *cogitavi*, pro זָמַמְתִּי ex זָמַמְתִּי Psal. 17. v. 3. סַכּוֹתָה *texisti*, pro סַכֹּתָ ex סַכַּכְתָּ Lam. 3. v. 43. 44.

§ 56. Duobus Schevatibus Mobilibus (sive Simplicia fuerint, sive alterutrum Compositum,) quandocunque concurrentibus, (quia tres consonæ in eadem syllabâ vocalem antecedere nequeunt, § 33.) alterutrius mutatio instituenda.

Excipiunt quidam unicum מְחָאִי *plaudere te* Ezek. 25. v. 6. sed alii codices legunt מָחֲאִי, quod analogum, adeóque magis probandum est.

§ 57. Concurrente gemino Schevate Simplici mobili prius in vocalem brevem abit; quæ cùm unius duntaxat sit temporis, nec sufficiat ad absolvendam syllabam, posterius scheva fit quiescens, & consonam

ſonam ſuam illi vocali annectit. Vocalis illa brevis poteſt eſſe qualiſcunque: aſt frequentiſſima eſt Chirek breve, eademque ſub præfixis כלב in hoc concurſu perpetua, כִּדְמוּתֵנוּ *ſecundùm ſimilitudinem noſtram*, ex כְּדְמוּתֵנוּ Gen. 1. v. 26. בִּרְגַת *in piſcem*, ex בְּרְגַת ibid. לִשְׁמֹר *ad cuſtodiendum*, ex לְשָׁמֹר Gen. 3. v. 24.

Poſteriore Schevate ſublato, vocalis brevis ex priori ſchevate nata, (quia non ſufficit ad abſolvendam ſuam ſyllabam,) vel reſtituitur ſuæ origini, שִׁמְעָה *audi*, pro שְׁמְעָה ex שְׁמָעָה Dan. 9. v. 19. vel complementum deficientis temporis aliud accipit; puta vel accentum tonicum, יִרְבֶּה *augeſcat*, pro יִרְבְּה ex יִרְבֶּה Geneſ. 1. v. 22. vel alterum tempus, ſui productione in vocalem longam, הַשֵּׁב *reſtitue*, pro הַשְׁבְּ ex הָשִׁיב Gen. 20. v. 7. Si idem ſcheva ad ſequentem ſyllabam referatur, vocalis brevis complementum accipit per accentum euphonicum, יֶחֱזֵק pro יֶחֱזְק *apprehendet* Eſai. 27. v. 5.

Quando poſterius horum Schevatum occurrit ſub Jod, neque ſono

sono diphthongescenti juxta §42. est locus, (nam tunc analogia obtinet, אֲיַסְּרֵם *castigabo eos* Hos. 7. v. 12.) hoc posterius Scheva planè perit, & Jod quiescit; pro priori autem schevate adhibetur vel chirek, quod tum longum est, vel tzeri; quæ duæ vocales quieti literæ Jod congruunt § 34. Chirek quidem assumitur cum præfixis וּכְלֹב וַיְהִי *& fit*, ex וְיִהִי Gen. 1. v. 6. לִישׁוּעָה *in salutem*, ex לִישׁוּעָה Exod. 15. v. 2. aſt לִרְאָא *ad timendum*, pro לִירְאָא 1 Sam. 18. v. 29. Tzeri in nominibus formæ פֵּיד deducto accentu ordinariè, § 87. זֵתִים *oleæ*, ex זֵיִתִים à זַיִת Deut. 28. v. 40. Alterutrum in futuro Kal verborum quescentium primâ Jod, § 129. אֵינֵק *sugam*, ex אֵינֵק Job 3. v. 12. אֵדַע *sciam*, ex אִידַע Gen. 15. v. 8.

Quando prius horum Scheva-

tum est

tum est sub Vav præfixo, illud mutatur in Schurek, vav quiescente, sed cui in pronunciatione præmittitur Aleph, & posterius Scheva manet mobile, וּבְדַרְכָּ֑ *& in viâ*, ex וּבְדַרְכָּ֑, & legitur ac si scriptum esset וּבְדַרְכָּ֑ Psal. 1. v. 1.

Aleph præmittendum esse huic Schurek in pronunciatione, R. David Kimhi antiquissima consuetudine confirmat, in Michlol fol. 62. *Vav punctatur puncto Schurek: qualis autem est lectio literæ Aleph, talis quoque est lectio hujus Vav, nimirum Aleph cum Schurek, juxta Kabbalam, seu traditionem: quemadmodum scripsit Doctor R. Iuda Chijug. b. m. Sic hæreditate accepimus à majoribus nostris, generatione post generationem.* Ratio consuetudinis autem petenda est ex § 27. quia vocalem ullam in syllabæ initio pronunciare impossibile est, nisi præmisso spiritu, qui maximè simplex quando Lenis est, sive Aleph, & si Græcis literis exprimendum foret hoc initiale schurek, spiritus lenis esset præponendus, qui designando Aleph mobili in dictionum principio adhiberi solet, וַיַּעַל uti יְהוָה *οὐσίας.*

Schurek istud est vocalis longa, non brevis; quia

quia, quod brevis nequit, syllabam cum adscitio suo Aleph absolvere potest, וּפִי *& os meum* Psal. 51. v. 17. nedum æquivalens schevati mobili, quia aliud scheva ponè se habere potest, וּבְחַטָּאת *& in peccato* ibid. v. 7. Scheva autem sequens est mobile, quia schurek istud syllabam uniformem facit, sequente vel non sequente schevate.

§ 58. Concurrentibus schevatibus simplici mobili & composito, pro priori, sive simplici, assumitur vocalis brevis, sed præcisè ea, quæ in sequentis schevatis compositione occurrit, additurque illi ad complementum syllabæ accentus euphonicus metheg: (quia sequens scheva ob compositionem quiescere nequit § 40.) quod metheg constanter adhæret vocali, etiam quando scheva compositum alteram sui partem amisit. וְעָפְרֵךְ *& pulverem tuum*, ex וְעָפְרֵךְ Ezek. 26. v. 12.

12. בְּאֵנֹק *in clamando*, ex בְּאֵנֹק ibid. v. 15. בְּחַרְבֹּות *in vastitatibus*, ex בְּחַרְבֹּות Ezek. 13. v. 4. לְחָדָשָׁיו *singulis mensibus suis*, ex לְחָדָשָׁיו Ezek. 47. v. 12.

Ast prima verborum הָיָה *fuit*, & חָיָה *vixit*, compósito schevate notata, quoties aliqua præfixorum וכלב accedit, scheva quiescens accipit, & præfixa sumunt chirek breve, §57. in singulari masculino imperativi Kal segol. וְחִיִּיתֶם *& vivetis*, ex וְחִיִּיתֶם Ezek. 37. v. 6. וְחִיֵּה *& vive*, Prov. 4. v. 4. לִהְיוֹת *ad esse*, ex לִהְיוֹת Genes. 17. v. 7. וְהִיִיתֶם *& eritis* Gen. 3. v. 5.

Nomina divina אֱלֹהִים *Deus* in plurali, & אֲדֹנָי *Dominus*, item appellativum אָדוֹן *dominus*, quoties Aleph ob incrementum finale scheva habet, accedentibus præfixis cum schevate, videlicet וכלב & ה interrogativo, contrahunt oritura (ֱ) & (ֲ): priora quidem in tzeri, posteriora in patach, aleph quiescente. כֵּאלֹהִים *sicut Deus*, ex כֵּאלֹהִים Genes. 3. v. 5. לֵאלֹהִים *in Deum*, ex לֵאלֹהִים Gen. 17. v. 7. לַאדֹנָי *Domino*, ex לַאדֹנָי Genes. 18. v. 30. וַאדֹנָי *& Dominus*, ex וַאדֹנָי Esa. 49. v. 14. בַּאדֹנָי *in dominum*

dominum meum, ex בַּאדֹנִי 1 Sam. 24. v. 11. Tetragrammaton יהוה (quod ordinariè vocis אֲדֹנָי, interdum, ob hujus expressam mentionem immediatam in eodem membro, vocis אֱלֹהִים puncta possidet,) cum præfixis iisdem parem punctationem habet. הַיְהוָה *an Dominus?* ex הַיְהוָה Jer. 8. v. 17. לַיהוָה *Domino*, ex לַיְהוָה Psal. 16. v. 2. וְלַיהוָה אֲדֹנָי *& Deo Domino*, ex לַיהוָה Psalm 68. v. 21. Analogiam sequitur singulare אֱלֹהַּ, (præter unum לֵאלֹהּ *in Deum suum* Hab. 1. v. 11.) & אֱלֹהִין in plurali septies. לֵאלֹהַּ *ad Deum* Job 12. v. 4. וֵאלֹהַּ *& Deus* Job 24. v. 12. וַאדֹנֵינוּ *& Dominus noster* Psal. 135. v. 5. לַאדֹנֵי *Domino* Psal. 136. v. 3. Singulare est הַל יְהוָה *an Domino?* Deut. 32. v. 6. ubi duo præfixa separatam syllabam seu dictionem potius constituunt: (simile quadantenus est כְּלַעֲמַת *quemadmodum, sicut ex adverso*, pro כְּלְעֲמַת, quia עֲמַת sine ל nunquam usurpatur, & כ similitudinis nota est Eccl. 5. v. 15.) qui libri הַלְיהוָה habent, vitiosè scheva à Jod transtulerunt ad Lamed. Contractionem eandem imitatur infinitivus אֱמֹר *dicere*, cum solo ל semper, ob usum frequentissimum, לֵאמֹר *dicendo*,

ex לֵאמֹר Gen. 1. v. 22. cum aliis præfixis nunquam בֶּאֱמֹר *in dicendo* Deut. 4. v. 10. Singulare autem est וְאֶעֱנֶה *& affligam*, pro וְאֶעֱנֶנָּה 1 Reg. 11. v. 39.

§ 59. Concurrentibus schevatibus composito, & simplici mobili, prius sive compositum bifariam mutatur. (1) Vel enim abjicit suum scheva, servatâ vocali, quomodo sequens scheva simplex fit quiescens. עִבְרִי *servos*, pro עֲבָדַי ex עֲבָדִים 1 Reg. 1. v. 33. נֶהְפְּכָה *versa est*, ex נֶהְפְּכָה Lam. 5. v. 2. וּפְעָלֶךָ *& opus tuum*, ex פָּעָלֶךָ Esa. 45. v. 9. (2) Vel abjicit suam vocalem, servato schevate: idque rursum bifariam, pro diverso situ. (a) Nam in medio dictionis prius scheva, ex composito ortum, quiescit, posterius mobile manet. נַחְפְּשָׂה *investigemus*, ex נַחְפְּשָׂה Lam. 3. v. 40. נֶהְפְּכוּ *conversi sunt*, ex

ex וַתִּפְקֹנָה Pſ. 78. v. 57. (b) Sed in dictionis principio, poſterius ſcheva quieſcit, & prius, ex compoſito ortum, in vocalem brevem mutatur, convenientiorem eâ quæ in compoſitione occurrebat: qualis cenſetur, in nominibus, quæ originem, aut diſtinctionem ex origine indicat. עֲרָלוֹת *præputia* 1 Sam. 18. v. 25. ex עָרְלָה à עֲרָלוֹת Joſ. 5. v. 3. חַבְלֵי *funes* Eſt. 1. v. 6. ex חֲבָלִים à חֶבֶל *funis* Pſal. 16. v. 6. חֶבְלֵי *dolores* Pſal. 18. v. 5. ex חֲבָלִים à חֶבֶל Eſa. 13. v. 8. in Verborum Kal ex chatephpatach vel chatephſegol in imperativo quidem cum afformantibus aſyllabis chirek breve; in infinitivo autem & imperativo conjunctis cum affixo vel He paragogico Kametzchatuph. חִזְקִי וְאִמְצִי *fortes & validi eſtote*, à

חֲזַק וֶאֱמַץ Deut. 31. v. 6. אִמְרוּ *dicite*, ex אֱמֹר ab אִמְרוּ Hos. 2. v. 3. וְחִתְמוּ *& obsignate*, ex חָתוֹם à חִתְמוּ Est. 8. v. 8. עִבְרוּ *transite*, ex עֲבֹר à עִבְרוּ Jer. 2. v. 10. אֲבָדֵךְ *perire te*, ex אֲבֹד ab אֲבָדֵךְ Deut. 28. v. 22. וְאֹכְלָה *& comede*, ex אֲכֹל ab אֲכָלָה Gen. 27. v. 19. בְּאָמְרִי *in dicendo me*, ex אֱמֹר ab אָמְרִי Ezek. 3. v. 18. Excipe segol habentia, analogôs quidem, אֶסְפָּה *congrega*, ex אֲסֹף ab אֶסְפָּה Num. 11. v. 16. anomalôs autem עָרְכָה *dispone*, ex עֲרֹךְ à עָרְכָה Job 33. v. 5.

§ 60. Dages forte à literis Gutturalibus אהחע, & à Resch, ad vitandam difficultatem ac κακοφωνίαν geminationis, non admittitur: unde Indagessabiles nuncupantur. Loco autem Dages fortis (quod literam præcedenti syllabæ tribuere debebat § 44.) vocalis brevis im-

BIBLIOTECA DEBRECEN

me-

mediatè antecedens vel producitur in longam oppositam: vel servatur, sed additâ ei mediâ quasi morâ in pronunciatione, ut complementum temporis, loco neglecti dages, accepisse intelligatur §31. num. 3. quæ mora euphonico accentu significatur & confirmatur, quoties vocalis ista brevis, aut scheva mobile immediatè, aut accentum tonicum mediatè, hoc est, intercedente aliâ syllabâ, antecedit. Priori modo explicitè compensatur Dages forte, posteriori implicitè. Explicita compensatio obtinet ante Resch semper, הָרֹמֵשׂ *reptans*, pro הַרֹמֵשׂ Gen. 1. v. 26. ante Aleph ordinariè מֵאִישׁ *à viro*, pro מֵאִישׁ Gen. 2. v. 13. ante Ajin frequenter. הָעֵץ *arbor*, pro הַעֵץ Gen. 3. v. 3. מֵעֵבֶר

compressa sunt, pro מְעֻכִּי Ezek. 23. v. 2. ante He rarò. בָּהָר *in monte*, pro בַּהָר Gen. 31. v. 25. ante Cheth rarissimè. אֵחַר *distulit*, pro אֵחַר Gen. 34. v. 19. Implicita compensatio obtinet ordinariè ante He & Cheth. הַהֹלֵךְ *ambulans*, pro הַהֹלֵךְ Gen. 2. v. 14. בַּהֲר *festina*, pro בַּהַר Genes. 19. v. 22. חַחַיִּים *vitæ*, pro חַיִּים Genes. 2. v. 9. חָחַץ *lotus fuit*, pro חָחַץ Prov. 30. v. 12. minus frequenter ante Ajin. הָעָרִים *urbes*, pro הָעָרִים § 63. num. 5. Gen. 19. v. 25. בְּעֵר *removit*, pro בָּעַר 1 Reg. 22. v. 47. rarius ante Aleph. הָאָנֹכִי *an ego*, pro הָאָנֹכִי § 63. num. 5. Num. 11. v. 12. נָּאֵץ *irritavit*, pro נָאַץ Psal. 10. v. 3.

Literarum Indagessabilium aliquæ absolutè tales sunt, & ex eo compensationis implicitæ amantiores, videlicet He, Cheth, & Ajin: reliquæ, nempe Aleph & Resch, aliquando dages

dages recepisse reperiuntur, & hinc expressam compensationem malunt. Masorethæ enim observarunt Aleph quater dagessatum esse. רָאוּ *visa sunt* Job. 33. v. 21. וַיָּבִיאוּ *& attulerunt* Gen. 43. v. 26. וַיְבִיאוּ Ezr. 8. v. 18. תְּבִיאוּ *afferetis* Levit. 23. v. 17. Septies idem notârunt de Resch, sed R. David Kimhi plura exempla producit: 1. in medio quidem, לְאֹ־כָרַת שָׁלֵךְ *non præcisus fuit umbilicus tuus* Ezek. 16. v. 4. לְשָׁרֵךְ *umbilico tuo* Prov. 3. v. 8. מָרַת *amaritudo* Prov. 14. v. 10. שָׁרֹאשִׁי *quia caput meum* Cant. 5. v. 2. הֲרָאִיתֶם *an vidistis?* 1 Sam. 10. v. 24. quod reperitur 1 Sam. 17. v. 25. & 2 Reg. 6. v. 32. הַרְעָפָה *provocare eam* 1 Sam. 1. v. 6. 2. in principio dictionis autem רַע *malum* Psal. 52. v. 5. sic quoque Prov. 11. v. 21. & Jer. 39. v. 12. רַךְ *molle* Prov. 15. v. 1. רֹאשׁ *caput* Hab. 3. v. 13. Codices tamen impressi non ubique exprimunt.

§ 61. Dages forte interdum etiam ex Dagessabilibus literis excidit; & quidem frequentius quando schevatæ sunt, rarius autem quando vocalem habent.

Schevatæ literæ, quæ Dages forte amittunt, sunt potissimum istæ. Secunda radicalis tum in medio dictionis frequenter, תְּבַקְּשִׁי *quæretis*, pro תְּבַקְּשׁוּ Psalm 4. v. 3. וַיִּקְחוּ *& acceperunt*, pro וַיִּקָּחוּ Jos. 9. v. 14. וַיִּשְׂאוּ *& acceperunt*, pro וַיִּשָּׂאוּ Ruth. 1. v. 4. tum in fine semper, וַיִּתְגַּל *& retexit se*, pro וַיִּתְגַּלְ §. 147. Genes. 9. v. 21. הַטִּי *inclina*, pro הַטֵּ §. 147. Psal. 17. v. 6. Tertia radicalis in medio dictionis interdum, וְקַנְּנוֹ *& exsecrare eum*, pro וְקַנְּגוֹ § 152. Num. 23. v. 13. חֲקָבֵם *pensum vestrum*, pro חֲקָבֵם Exod. 5. v. 14. חֻקֵּךְ *statutum tuum*, pro חֻקֶּךָ Levit. 10. v. 13. 14. כֻּלְּכֶם *omnes vos*, pro כֻּלְּכֶם Jos. 8. v. 4. Jod futuri, וַיְבָרְכֵהוּ *& benedixit*, pro וַיְבָרֶךְ Gen. 1. v. 22. Mem participiale frequentissimè cum articulo He, הַמְלַמְּדֵי *docens*, pro הַמְלַמֵּד Psal. 94. v. 10. Prima litera quorundam nominum pluralium cum eodem articulo, הַלְּוִיִּם *Levitas*, pro הַלְוִיִּם Num. 3. v. 12. הַצְּפַרְדְּעִים *ranæ*, pro הַצְּפַרְדְּעִים Exod. 7. v. 29.

Non schevata amittens Dages forte est radicalis tertia verborum geminantium mediam: quod si contingat cum affomante syllabâ, perit vocalis antecedens, juxta analogiam descendentis ad eam accentus § 115. וְנִבְלָה *& confundamus*, pro וְנָבֵל נָבְלָה Genes. 11. v. 7. וַיִּתַּמּוּ *& absoluti sunt*, pro וַיִּתַּם Deut. 34. v. 8. Huc referendum verbum וַיְחַנֵּךְ *gratiosus*

tioſus ſit tibi, pro חָנֵּךְ à יְחָנֵּךְ Geneſ. 43. v. 29. & Eſa. 30. v. 19. ubi pereunti vocali ex ſimili analogiâ § 143. antecedens ſcheva abiit in vocalem brevem Kametzchatuph. Si idem contingat cum afformante ſyllabicâ, perit vocalis ſequens, tum ob ſublatum incommodum gemini ſchevatis quieſcentis in medio, tum imprimis ob vocalem brevem antecedentem, quæ complemento temporis indiget. תַּמְנוּ *conſumti ſumus*, pro תַּמּוּנוּ ex תָּמְמוּ à תָּמַם Num. 17. v. 13. Jerem. 44. v. 18. Lam. 3. v. 22. Similis formationis eſt, ſed excidente dages characteriſtico in verbo perfecto ex mediâ radicali, הֲיִתְחַבְּרֶךָּ *an conſociabitur tibi?* pro הֲיִתְחַבֵּרְךָ Pſal. 94. v. 20. ubi vocalis ſequens periit, ut brevis antecedens ſchevatis quieſcentis ope complementum ſyllabæ conſequeretur.

§ 62. Litera ultima vocalis defectivæ, ſed incremento finali auctæ, accipit dages forte, ad compenſationem literæ deficientis. אַפּוֹ *ira ejus* ex אַף, quod ab אָנַף *iratus fuit* Pſal. 2. v. 12. כְּגַלִּים *ſicut acervi*, ex גַּל, quod à גָּלַל *volvit* Hoſ. 12. v. 12. נְשַׁמָּה *deſolatur* ex נָשַׁם, à שָׁמַם *vaſtavit*

Ezek. 25. v. 3. הֻחֳלְלָה *cœpit*, ex הֻחַל à חָלַל Jud. 20. v. 40. שֹׁמּוּ *obstupescite* à שָׁמַם Jer. 2. v. 12. Hinc porrò sequitur correptio vocalis longæ in oppositam brevem, si accentus quoque ad incrementum illud descenderit, juxta §49. וְאִשֻּׁם *& ignis eorum*, ex אֵשׁ ab אָשַׁשׁ Esa. 66. v. 24. (At dages neglectum est in אֶשְׁכֶם *ignis vester*, pro אִשְׁכֶם ex אֵשׁ eodem Esa. 50. v. 11.) אִמִּי *mater mea*, ex אֵם ab אָמַם Psal. 22. v. 10. תִּתִּי *dare me*, ex תֵּת à נָתַן Gen. 29. v. 19. רָנּוּ *cantate*, ex רֹן, à רָנַן Esa. 44. v. 23. רַבִּי *multa*, ex רַב à רָבַב Hos. 8. v. 12.

§ 63. Euphoniæ duntaxat, non necessitatis gratiâ, introductæ sunt mutationes nonnullæ punctorum, quæ vocales, earumve privationem indicant.

I. Schu-

I. Schurek & Kibbutz nonnunquam locum & quantitatem invicem permutant, & tunc Schurek est vocalis brevis, unius temporis; Kibbutz autem longa, duorum temporum. הוֹלֶדֶת *nativitas*, pro הֻלֶּדֶת Ezek. 16. v. 4. כְּבוּדָה *honorata*, pro כְּבֻדָה Psal. 45. v. 14. עוּזָּה *robora*, pro עֻזָּה Psal. 68. v. 29. יְהוֹשֻׁעַ *Iosua*, pro יְהוֹשׁוּעַ Num. 13. v. 16. לָבֻשׁ *vestitus*, pro לָבוּשׁ Prov. 31. v. 21. Cæterum Kibbutz pro Schurek scriptum occurrit, his potissimum locis. (1.) in Nominibus formæ פְּקִיד, & bisyllabis ejusdem terminationis, si jod plurale expressum fuerit. נְתָנִים נְתִנִים *dati*, *dati* Num. 8. v. 16. (at נְתוּנִים נְתִנִים cap. 3. v. 9.) עַמֻּדֵיהֶן *columnas ejus* Exod. 35. v. 11. יוֹם הַכִּפֻּרִים *dies expiationem* Lev. 23. v. 27. in earundem formarum fœmininis, si sequatur quiescens vav vel jod, vel etiam si in regimine collocentur, הַשְׁרָכוֹת *dispositæ* Jos. 2. v. 6. גְּבֻלָתוֹ *terminus ejus* Esa. 28. v. 25. אֲהֻבַת רֵעַ *dilecta amico* Hos. 3. v. 1. קִבְרַת־רָחֵל *sepulchrum Rachelis* Genes. 35. v. 20. (2.) in verbis tum quiescentibus mediâ Vav in futuro Kal, si vav vel jod quiescens sequatur. יָקֻמוּ *consistent* Psal. 1. v. 5. תָּמֻתוּן *moriemini* Genes. 3. v. 3. 4. תָּשֻׁבִינָה *revertemini* Ezek. 16. v. 55. tum quibusdam pluralibus in ־ִי finitis, si accedant affixa syllabica, תְּלִיהוּ *suspendite ipsum* Est. 7. v. 9. קָרְאִי *evenerunt mihi* Jer. 13.

Jer. 13. v. 22. וְעֻבְּרֻנָה *transgrediuntur illud* Jer. 5. v. 22.

II. Aleph finale mutat antecedens Patach (in quo in fine quiescere nequit § 34.) in Kametz. מִבְטָא שְׂפָתֶיהָ *pronunciatum labiorum ejus*, pro מִבְטָא § 80. Num. 30. v. 7. 9. בְּמַשָּׂא הָעָם *in onere populi* Num. 11. v. 17. נֶחְבָּא *absconditus fuit*, pro נֶחְבָּא § 119. num. 2. 1 Sam. 10. v. 23. Idem (eâdem de causâ § 34.) accidit quoque finali He in præteritis § 132. וְנִגְלָה *Et revelatum est* Esa. 22. v. 14. הָרָה נֶבֶרְ *conceptus est vir* Job 3. v. 2.

III. Geminum Segol, ante & sub Aleph, in dictionibus penacutis Thav servili finitis, contrahitur in Tzeri, & Aleph quiescit, מְצֵאתִי *inventa*, pro מְצָאָתִי § 118. 2 Sam. 18. v. 22. יֹצֵאת *egrediens* Iudic. 11. v. 34. & omisso Aleph חֵיצֵת Deut. 28. v. 57. צֵאת *egredi*, pro צֵאָת Gen. 24. v. 11. לְשֵׂאת *ad ferendum* Genes. 36. v. 7. Interdum Tzeri illud migrat sub Aleph, & præcedens litera accipit scheva, שְׂאֵת *ferre* Deut. 1. v. 9. כְּמוֹצְאֵת *ut inveniens* Cant. 8. v. 10. נְשֵׂאת *ferens* 1 Reg. 10. v. 22. Hæc tamen variatio pertinet ad anomaliam עֲ Aleph, de quâ § 163.

IV. Segol ante He mobile radicale, Cheth & Ajin

& Ajin ultimas, & sub iisdem penultimis, transit in Patach vicarium in dictionibus penacutis quibuscunque: נְגַהּ *splendor*, בְּטַח *fiducia*, יֶשַׁע *salus*, pro נְגַהּ &c. מְהַר *dos*, רְחַב *latitudo*, פְּעַל *opus*, pro מְהַר &c. לַהַב *flamma*, פַּחַד *metus*, וַעַם *indignatio*, pro לַהַב &c. מִשְׁלַחַת *missile*, בֹּרַחַת *fugiens*, בַּעַת *scire*, קַחַת *accipere*, יַחַד *pariter*. Excipiuntur אֹהֶל *tentorium*, לֶחֶם *panis*, רֶחֶם pro quo etiam dicitur רַחַם *uterus*, Aſt תֹּאַר *forma*, ſub Aleph ſimile Patach adſciſcit. Si He fuerit ſervile, licet mobile, & dictio penacuta, ſegol antecedens manet. נִצְרֶהָ *cuſtodi eam* Prov. 4. v. 13. יְדֵהָ *manus ejus* Prov. 31. v. 31.

V. Patach implicitum Dages forte in ſe habens, ante He mobile radicale, Cheth, & Ajin, rarius ante Aleph, poſſidentes Kametz, item ante Cheth cum Chatephkametz, mutatur in Segol ſimiliter dages forte implicitum continens. אֶחָד *unus* Gen. 2. v. 24. & אַחַת *unus* in regimine Gen. 21. v. 15. אַחַת *una* in pauſa Gen. 11. v. 1. quod aliàs ſcribitur אַחַת Exod. 26. v. 2. ubi etiam legitur הָאַחַת & הָאֶחָת. Sic הֶהָרִים *montes*, pro הָהָרִים Ezek. 18. v. 6.

לַהֲבַת *flammæ* Psalm. 105. v. 22. גֶּחָלִים *prunæ* Psal. 18. v. 19. הַפְּחָה *ducis* Neh. 5. v. 14. עָרִים *urbes* Geneſ. 19. v. 25. יִתְנַחֵם *pœnitebit ipſum* Deut. 32. v. 36. תִּתְנַחֲלוּ *poſſeſſionem adibitis* Num. 33. v. 54. הִטַּהֲרוּ *mundârunt ſemetipſos* 2 Paral. 30. v. 18. הֶעָרֵל *præputiatum* Lev. 26. v. 41. נְאָצוֹת *irritationes*, Neh. 9. v. 18. הַאֲנֹכִי *an ego?* Num. 11. v. 12. הַחֲרָבוֹת *vaſtitates* Ezek. 36. v. 34. Idem ſemel fit ante Reſch Kametzatum in הָרָה *montem verſus*, pro הַרָּה vel הָרָה Gen. 14. v. 10.

VI. Mutantur (ـֵ) in (ـַ), itemque ex illis orta (ـֶ) in (ـַ) in præterito Hiphil, tum in ſecundâ plurali, tum in primâ & ſecundâ ſingulari cum vav converſivo; in quibus omnibus accentus deducitur. הַחֲיִתֶם *in vitâ conſervâſſetis*, pro הֶחֱיִתֶם Judic. 8. v. 19. (at הַחֲרַמְתֶּם *devoviſtis excidio* Joſ. 2. v. 10.)

וְהַאֲזַנְתָּ *& auribus percipies*, ex הֶאֱזִינָה Exod. 15. v. 16. וְהַעְתַּרְתִּי *& ſupplex orabo* Exod. 8. v. 25. וְהַחֲתַתִּי *& conſternatos reddam* Jer. 49. v. 37. וְהַעֲבַדְתִּיךָ *& ſervire faciam te* Jer. 17. v. 4. ſic in tertia fœminina ſingulari, itidem deducto accentu. וְהַעֲלַתְהוּ *& attulit* 1 Sam. 2. v. 19. Eodem modo Segol unum aut geminum aliquando abeunt in Patach unum geminumve in futuro

futuro Kal, accedente affermante aſyllabâ, aut He paragogico, aut affixo, quæ etiam accentum deducunt, תַּאַסְפִי *congregabis*, ex תָּאָסַף Joſ. 2. v. 18. וַיַּאַסְפוּ *& congregârunt* 1 Sam. 5. v. 8. יַאַסְפֵנִי *colliget me* Pſalm 27. v. 10. וְאַהַרְגָה *& occidam*, ex אָהַרְג Geneſ. 27. v. 41. וַאַחֲלָה *ceſſaboque*, ex אָחַל Job. 16. v. 6. וַיַּאַסְרֻהוּ *& vinxerunt eum*, ex אָסַר Judic. 15. v. 13. In וְאַהַרְגֵהוּ *& occidi eum*, 2 Sam. 4. v. 10. manſerunt ſegol. Contra geminum patach abiit in geminum ſegol, iiſdem conditionibus, יַהֲרֻסֵם *deſtruet eos*, ex יַהֲרֹס Pſalm 28. v. 5. יַהֲלֻמֵנִי *contundat me*, ex יַהֲלֹם Pſal. 141. v. 5. Huc quoque pertinet mutatio שׁ Chatephſegol in Chatephpatach ſub Aleph in vocabulis quibuſdam formæ פְּקוּד ſimilibuſque, quando accentus deſcendit. אֲנָשִׁים *viri*, ab אֱנוֹשׁ Num. 33. v. 3. אֲבָדְךָ *perire te*, ex אָבַד Deut. 28. v. 20. אֲכָלְכֶם *comedere vos*, ex אָכַל Geneſ. 3. v. 5. אֲמָרְךָ *dicere te*, ex אָמַר Ezek. 35. v. 10. (unde etiam cum chatephſegol legitur בֶּאֱמָרְכֶם *in dicendo vos* Mal. 1. v. 7. 12.) Sic אֲמִתּוֹ *veritas ejus*, ab אֱמֶת Pſalm 91. v. 4. אֲלֵיכֶם *ad vos*, ex אֶל Lam. 1. v. 12.

VII. Patach

VII. Patach aliquando ante Dages forte abit in Chirek breve, accentu deducto. בִּתּוֹ *filia ejus*, à בַּת Gen. 29. v. 6. וְהַמִּרְגָּזִים *& tribulas* 2 Sam. 24. v. 22. לְמִרְגַּז *in tribulam* Esa. 41. v. 15. Sic גַּת *torcular*, חַת *consternatio*, קַב *mensura*, מַקַּף *circuitus*, קַס *tributum*, קַר *limen*, פַּת *buccella*, צַד *latus*. Item in præterito Hiphil verbi מוּת *mori*, הֲמִתֶּם *interfeciſtis*, pro הֲמַתֶּם Num. 16. v. 41. וַהֲמִיתִיו *& necavi eum*, ubi jod redundans & otioſum intercedit § 50. 1 Sam. 17. v. 35. Huc pertinet mutatio תֵּ Patach in Chirek breve, quæ in præteritis interdum occurrit ante affomantes ſyllabicas, deducto itidem accentu. יְלַדְתִּיךָ *genui te*, ex יָלַדְתִּי Pſal. 2. v. 7. ſic Num. 11. v. 12. Ier. 15. v. 10. וְיָרַשְׁתֶּם *& hæreditario poſſidebitis* Deut. 11. v. 8. וּפְשַׁחְתֶּם *& creſcetis* Mal. 4. v. 2. וְהִתְגַּדַּלְתִּי וְהִתְקַדַּשְׁתִּי *& magnificabo meipſum, & ſanctum oſtendam meipſum* Ezek. 38. v. 23. הִשְׁאִלְתִּיהוּ *commodato dedi eum* 1 Sam. 1. v. 28. ſic ibid. v. 20. Iudic. 13. v. 6. (Legitur tamen etiam hoc caſu ſegol loco patach tum in verbo שְׁאַלְתֶּם *poſtulâſtis* 1 Sam. 12. v. 13. ſic cap. 25. v. 5. Job 21. v. 19. tum in nomine ſingulari יָד *manus* ex § 95. cum כֶּם & כֶן affixis gravibus ſemper, בְּיֶדְכֶם *in manus veſtras* Gen. 9.

Gen. 9. v. 2. מִיֶּדְכֶן *ex manibus vestris* Ezek. 13. v. 21.

VIII. Kametzchatuph interdum producitur in Cholem. הָעֳלָה *oblatus fuit*, pro הָעֻלָּה Jud. 6. v. 28. & Par. 20. v. 34. הָעֳלֹתָה *adscendere facta est*, *inflammata est* Nah. 2. 7. זָעֳמָה *detestare*, pro זָעֻמָּה Num. 23. v. 7. בְּמָצְאָכֶם *in inveniendo vos*, pro בְּמֻצָאֲכֶם Gen. 32. v. 20. בְּשָׁסְכֶם *conculcare vos*, pro בְּשֻׁסְכֶם Amos 5. v. 11.

§ 64. Euphoniæ etiam solummodò ratio habetur circa Dages forte, tum quando citra ullam causam literæ alicui inscribitur. מִקְדָּשׁ *sanctuarium*, pro מִקְדָּשׁ Exod. 15. v. 17. מִטְהֳרוֹ *nitorem ejus*, pro מִטָּהֳרוֹ Psal. 89. v. 45. וְנַחְקְנוּהוּ *& avellemus eum*, pro וְנַחֲקֹנוּהוּ Jud. 20. v. 32. וְאֶכְרְכָה *& comparavi eam*, pro וְאֶכְרָכָה Hos. 3. v. 2. הַצְפִּינוֹ *occultare eum*, pro הַצְפִּינוֹ Exod. 2. v. 3. נָתְנוּ *dederunt*, pro נָתְנוּ in pausâ, à נָתַן Ezek. 27. v. 19. נָשְׁתָה *deficit*, נָשְׁתָה in pausâ, à נָשַׁת Esai. 41.

v. 17. נִמְלְאוּ *diffluunt*, pro נִמְלוּ in pausâ, à נָמַל Esai. 63. v. 19. sic Esa. 64. v. 2. nisi talia sint à geminatis secundâ. tum quando citra ullam causam negligitur. וְנִבְנְוָה *& prædabimur*, pro וְנִבָּזָה 1 Sam. 14. v. 36. הַעֲנָה *obfirmavit*, pro הֵעִזָּה Prov. 7. v. 13. תֵּעָגֵנָה *clausæ manebitis*, pro תֵּעָגֵנָה Ruth 1. v. 13. tum quando cum antecedente vocali brevi coalescit ad constituendam longam; aut vicissim à vocali longâ antecedente tempus unum decerpit, cujus loco ipsum usurpetur; quomodo duo tempora syllabæ diversimodè exprimuntur: illud contractionem in vocalem longam, istud vocalis longæ distractionem vocare licet. Exempla illius sunt. וְנִבֹּל *& marcescimus*, pro וְנִבֹּל, à נָבַל Esai. 64. v. 5.

וַיִּגַּע *& coxit*, pro וַיִּגֶּד, à נָגַד Gen. 25. v. 29. חִלַּל לִי *illusit mihi*, pro חִלַּל Gen. 31. v. 7. יְחִיתֵן *terrefaciet eos*, pro יְחִתֵּן à חָתַת Hab. 2. v. 17. hujus autem. וַיָּלִינוּ *& murmurare fecerunt*, pro וַיַּלִּינוּ Num. 14. v. 36. וַיִּקַץ *& expergefactus est*, pro וַיִּקַּץ 1 Reg. 3. v. 15. וְהַמּוּכִי *& deprimuntur*, pro הַמּוּכוּ à מוּךְ Job 24. v. 24. יַכַּחוּ *conterentur*, pro יֻכְּתוּ à כָּתַת Jer. 46. v. 5. Mich. 1. v. 7. (Aliquando dages implicitè continetur in vocali brevi, quæ in locum longæ successit. אֲחֹרוּ *morantur*, pro אַחֲרוּ Judic. 5. v. 28. וַיִּחַמּוּ *& incaluerunt*, pro וַיִּחַמּוּ Genes. 30. v. 39.) Posterius istud frequens est in Nominibus quibusdam, quando incrementum accedit, accentum deducens. גְּמַלִּים *cameli*, à גָּמָל Gen. 14. v. 10. sic à קָטֹן *parvus*, est קְטַנָּה

& קְטַנִּים; à שְׁפָנִים *cuniculus*, שְׁפָנִים; à לְשַׁד *præstantissimus humor*, לִשְׁדֵי. Sic אוֹפָן *rota*, שַׁאֲנָן *tranquillus*. Similiter עֲרֻמִּים *nudi* Gen. 3. v. 7. à עָרוֹם *nudus* v. 10. sic אֲדֻמִּים אָדוֹם *rubicundus*, נְקֻדִּים נָקֹד *punctatus*, קַרְדֻּמּוֹ קַרְדֹּם *securis*, חֲרֻלִּים חָרוּל *urtica*, גְּרִיד גְּרִדִּים *grandinatum*. In קְטַנִּי *parvus meus digitus*, servatur Kametz anomalôs, à קָטֹן 1 Reg. 12. v. 10. Sic חַרְטֻמִּים *magus*, עָמֹק *profundus*, עָקֹד *maculosus cruribus*, עֲרֻמִּים *nudus*.

SECTIO V. de NOMINE.

§ 65. Partes orationis Hebræis tres sunt, *Verbum*, *Nomen*, & *Particula*.

Totidem Partes orationis numerant Arabes, אִשְׁם *nomen*, פִּעֵל *verbum*, & חֶרֶף *particula* seu *dictio*: & hos secuti Hebræi constituêre, שֵׁם *Nomen*, פָּעַל *Verbum*, & מִלָּה *Particulam* seu *Dictionem*. Veteres Græci eundem numerum tradiderunt, teste Dionysio Halicarnasseo, ὀνόματα, ῥήματα, συνδεσμους, hoc est, reddente

dente Quintiliano, *Nomina*, *Verba*, & *Conjunctiones*.

Hebræi Verbum primo loco collocant, tum quod radicem ferè exhibeat, unde partium aliarum vocabula derivantur, tum ob amplitudinem tractationis. Sed nos Verbo primum locum in tractatione negamus, tum (1) quia naturâ suâ Nomine posterius est, quod substantiam sæpe notat, & Verbum accidens; tum (2) inprimis quia Participia, pars verbi, sequuntur flexionem Nominum, quam proinde cognitam esse oportet, aut alieno loco jam pertractanda est. Tertium porrò locum Verbo assignamus, quia ob crebram ellipsin verbi substantivi sententia integra formari potest ex solis Nominibus & Particulis, nullo prorsus Verbo interveniente. Vide Psal. 3. v. 9. & 8. v. 10. & 18. v. 31. 32.

§ 66. Circa *Nomen* considerandа veniunt Derivatio, Qualitas, Genus, Motio, Numerus, Casus, Comparatio, Regimen, & Mutatio.

§ 67. *Derivatio* est, quâ Nomen deducitur à voce primitivâ, quæ Radix dicitur, & plerunque

est verbum, tribus literis constans.

Ea fit (1) vel servatis radicalibus, citra additionem aut detractionem: דָּבָר *verbum*, à דִּבֶּר *locutus est*; פֶּשַׁע *prævaricatio*, à פָּשַׁע *prævaricatus est*. (2) Vel solâ detractione radicalis unius sive deficientis, sive quiescentis. גַּל *cumulus*, à גָּלַל *volvit*, חֹק *statutum*, à חָקַק *scripsit*, *statuit*; עֵד *testis*, à עוּד *testari*; אָב *pater*, ab אָבָה *voluit*. (3) Vel sola additione literæ servilis, unius aut plurium, מִשְׁפָּט *judicium*, à שָׁפַט *judicavit*; מַשְׂכֹּרֶת *merces*, à שָׂכַר *mercede conduxit*. (4) Vel additione & detractione simul, מִטָּה *lectus*, à נָטָה *extendit*, תְּפִלָּה *precatio*, à פָּלַל *judicavit*; עֵדָה *cœtus*, à יָעַד *condixit*; עֵדָה *testimonium*, à עוּד *testari*.

Nomina interdum Radicis rationem habent, & Verbo dant originem, אֹזֶן *auris*, hinc אָזַן & הֶאֱזִין *auribus percepit*.

In derivatione Nominum à Verbis observanda venit plerumque tum (1) mutatio aliqua vocalium, tum (2) indicium conjugationum unde descendunt. חָכָם *sapiens*, מֶלֶךְ *rex*, זְרוֹעַ *brachium*, אִמְרָה *sermo*, דְּבָר *desertum*, מָגֵן *clypeus*, מָקוֹם *locus*, &c. ex Kal sunt. מַלָּח *nauta*, חֵבֶל *malus navis*, סָרִיס *eunuchus*, חַלְמוּת *vitellus ovi*, &c. ex Pihel; מַפְתֵּחַ *clavis*, מַפֶּלָה *casus*, מוֹשָׁב *sedes*, &c.

&c. ex Hiphil; הִשְׁתַּחֲוָיָה *incurvatio*, &c. ex Hithpahel.

Literæ Serviles ad formationem Nominum derivatorum accedentes, sunt tum sex illæ, quæ voce memorali הָאֲמֹנָתִי continentur, (unde Heemanticæ vulgò dicuntur) tum ל. Et hæ accedunt in Nominum principio omnes: א in אֶצְבַּע *digitus*, אֶגְרֹף *pugnus*: ח in חִתּוּךְ *fusio*, הַפּוּגָה *remissio*, *quies*: י in יִצְהָר *oleum*, יַלְקוּט *pera*: ל in לְאֵל *robur*, לְאֹם *natio*: מ in מִזְמוֹר *psalmus*, מַטֶּה *scipio*: נ in נַפְתּוּל *luctа*, נִמְרוֹד *Nimrod*: ת in תַּגְמוּל *compensatio*, תָּמֵס *liquefactio*. In fine duæ harum, א & ל, non occurrunt, sed reliquæ omnes: ה in חֶמְלָה *clementia*, צְדָקָה *justitia*: י in חָפְשִׁי *liber*, מִצְרִי *Ægyptius*: ם in פְּדוּיִם *redemtio*, בָּלְעָם *bombyx*: ן in שֻׁלְחָן *mensa*, זִכָּרוֹן *memoria*: ת in פָּרֹכֶת *velum*, גָּפְרִית *sulphur*. Conjunguntur autem quandoque plures simul, תִּפְאֶרֶת *decus*, רַצְעָדָה *periscelis*, מִשְׁפָּחָה *familia*, חִתְחַבְּרוּת *consociatio*. Appellantur porrò ista omnia Nomina Aucta, ad distinctionem aliorum, quæ solis radicalibus, omnibus vel aliquibus, constant, & Nuda dici solent.

§ 68. *Qualitas* Nominum est, ex quâ distinguuntur in Substantiva, & hæc tam Propria, אַבְרָהָם *Abra-*

Abraham, מִצְרַיִם *Ægyptus*; quam Appellativa, בַּיִת *domus*, דָּג *piscis*, מָוֶת *mors*: & Adjectiva, טוֹב *bonus*, גָּדוֹל *magnus*; quò etiam pertinent Gentilia, עִבְרִי *Hebræus*, בֵּית־הַלַּחְמִי *Bethlehemita*; & Numeralia, שֵׁנִי *secundus*, תְּשִׁיעִי *nonus*.

Hebræi Nomina distribuunt in Classes duas. Prima habet שְׁמוֹת הָעֶצֶם *nomina Substantiæ*, & sunt tum singularissimæ, sive Propria, מֹשֶׁה *Moses*, דָּוִד *David*: tum שְׁמוֹת הַדָּבָר *nomina Rei*: ut שָׁמַיִם *cœli*, רֹאשׁ *caput*. Secunda habet שְׁמוֹת הַתֹּאַר *nomina Formæ*, denominationem ab accidente aliquo accipientia, קָטֹן *parvus*, צַדִּיק *justus*, עֶבֶד *servus*. Nomina Propria hisce proprietatibus gaudent: 1. non formant ex se verbum, 2. non flectuntur in pluralem, 3. non admittunt articulum demonstrativum ab initio, aut affixum à fine, 4. non regunt aliud nomen.

§ 69. *Genus* est quadruplex; Masculinum, Fœmininum, Commune, & Epicœnum. Neutrum nullum est, sed id ordinariè exprimi-

primitur per Fœmininum.

I. *Masculina* sunt partim Significatione: Propria virorum, קַיִן *Kain*, הֶבֶל *Abel*, יִרְמְיָה *Ieremias*: Virilium officiorum, מֶלֶךְ *rex*, פַּחַת *dux*, אִכָּר *agricola*; Populorum, יִשְׂרְאֵל *Israëlita*, אֱדֹם *Edomita*; (At Psal. 114. v. 2. הָיְתָה יְהוּדָה לְקָדְשׁוֹ יִשְׂרָאֵל מַמְשְׁלוֹתָיו: *fuit Iuda in sanctitatem ejus, Israël dominium ejus*: nisi placeat subintelligere עֲדַת *cœtus*, sive, quod Schindlerus observavit, verbum הָיָה *fuit* nonnunquam generis numerique enallagen pati.) Fluviorum, יַרְדֵּן *Iordan*, אֲמָנָה *Amana*, פַּרְפַּר *Parpar*; Montium, סִינַי *Sinai*, מוֹרִיָּה *Moria*; Mensium, נִיסָן *Martius*, אֱלוּל *Augustus*. Partim Terminatione pleraque in literam radicalem, aut in serviles ', ם, vel ן exeuntia, אֵזוֹב *hyssopus*, רָקִיעַ *expansum*; תַּחְתִּי *inferior*, פְּדוֹם vel פְּדוֹן *redemtio*, *lytron*.

Exipiuntur Fœminina, אֶבֶן *lapis*, אַגָּן *crater*, אֶפְעֶה *vipera*, אָשׁוּר & אַשּׁוּר *incessus*, בְּאֵר *puteus*, גֹּרֶן *area*, חֶרֶב *gladius*, יָתֵד *paxillus*, כַּד *cadus*, כּוֹס *poculum*, כִּכָּר *talentum*, *pianities*, תַּחְבֻּלָה *sartago*, נְגַהּ *splendor*, נַעַל *calceus*, כִּלְאַיִם *simila*, עָב *densa nubes*, עָיִשׁ *arcturus*, עֲרֻבָּה *sponda*, פֶּה *buccella*, צְפוֹן *septentrio*, שְׂלָו *coturnix*, תֵּבֵל *orbis habitabilis*. Semel fœminina

sunt, חֲמוֹר *asinus*, לֶחֶם *panis*, צִנָּה *clypeus*, עֶרֶב *vespera*.

II. *Fœminina* sunt, partim Significatione, Propria mulierum, לֵאָה *Lea*, רָחֵל *Rachel*; Muliebrium officiorum, שִׁפְחָה *Augusta*, פִּילֶגֶשׁ *concubina*; Regionum, מִצְרַיִם *Ægyptus*, פְּלֶשֶׁת *Palæstina*; Urbium, יְרוּשָׁלַיִם *Hierosolima*, חֶבְרוֹן *Hebron*; Membrorum corporis animalis, præsertim geminorum, אֹזֶן *auris*, לְחִי *maxilla*, בֶּטֶן *venter*. Partim terminatione, desinentia vel in ה servile & quiescens, præcedente Kametz cum accentu tonico, בְּרָכָה *benedictio*, צָרָה *angustia*. (at unicum habet He mobile, פַּגָּה *sicut fructus præcox* Esa. 28. v. 4. unicum Patach, וַחֲרֵבָה *& sicca* Levit. 7. v. 10. unicum Segol, וְהַדְּחָה *& compressa* Esa. 59. v. 5.) vel in ת servile, præcedente vocali aut longâ cum accentu, aut brevi sine accentu. Longa est Schurek, גָּלוּת *exilium*; Chirek longum תַּבְנִית *exemplar*; Cholem, חָכְמוֹת *sapientia*: Kametz, זִמְרָת *canticum*: Brevis est Segol, aut vicarium Patach, ex §. 63. num. 4. כְּתֹנֶת *tunica*, דַּעַת *scientia*. Quædam ante ת patach habent cum accentu, הוֹכִיפַת *gallus sylvestris*, נְגִינַת & מִכְתַּם in titulis Psalmorum 61. 53. & 88. In אֱמֶת *veritas*, contractio est, pro אֲמָנָת, uti בַּת pro בִּנָת *filia*, מַתָּת pro מַתָּנָת *donum*. Excipiuntur 1. Ex nominibus membrorum interdum masculino genere

nere usurpantur מָקוֹר *fons*, עַיִן *oculus*, לָשׁוֹן *lingua*, שֵׁן *dens*, זְרוֹעַ *barba*, זְרוֹעַ *brachium*, יָד *manus*, רֶגֶל *pes*, כָּנָף *ala*, quæ tamen sæpius fœminina sunt: at פֶּה *os*, צַוָּאר *collum*, שֶׁרֶף *cervix*, שֹׁר seu שֹׁרֶר *umbilicus*, עַפְעַפַּיִם *palpebræ*, עָקֵב *calcaneus*, semper; קֶרֶן *cornu*, sæpius; עֶצֶם *os*, & שׁוֹק *crus*, semel masculina sunt.

II. Masculina sunt שִׁבְּרוֹן *ager uredine tactus*, דְּמוּת *similitudo*: & semel מִנְחָה *munus*. Tria hæc מוֹרָה *novacula*, *timor*, מִקְשָׁה *cucumerarium*, צָבָה *exercitus*, quia He pro Aleph scriptum habent, analogôs masculina sunt.

NB. Numeralia cardinalia à tribus ad decem inclusivè, sub terminatione muliebri masculina sunt, sub virili fœminina, שָׁלֹשׁ f. שְׁלֹשָׁה vel שָׁלֹשֶׁת m. *tres*, אַרְבַּע f. אַרְבָּעָה vel אַרְבַּעַת m. *quatuor*, עֶשֶׂר f. עֲשָׂרָה vel עֲשֶׂרֶת m. *decem*.

III. *Communia* sunt Numeralia à viginti ad centum inclusivè, עֶשְׂרִים *viginti*, שְׁלֹשִׁים *triginta*, מֵאָה *centum*. Alia nonnulla, usu potissimùm observanda, אֳנִי *navis*, אֹרַח *semita*, אָרוֹן *arca*, בֶּגֶד *vestis*, *perfidia*, גַּן *hortus*, גֶּפֶן *vitis*, חַלּוֹן *fenestra*, יְצִיעַ *substructio*, מַחֲנֶה *castra*, מַטֶּה *scipio*, *tribus*, סִיר *olla*, רִבְדָּה *pavimentum*, רֹתֶם *juniperus*, שָׁמִיר *sentis*, שֶׁמֶשׁ *sol*. Masculina sæpius חֶבֶל *turba*, חֶבֶל *funis*, *tractus*, שֵׁבֶט *virga*, *tribus*. Crebrius fœminina, אֶרֶץ

אֶרֶץ *terra*, אֵשׁ *ignis*, אוֹת *signum*, גֶּדֶר *maceria*, דֶּלֶת *ostium*, דֶּרֶךְ *via*, חָצֵר *atrium*, יוֹבֵל *jubilæus*, נֶפֶשׁ *anima*, עֵת *tempus*, פַּעַם *vice*, קֶשֶׁת *arcus*, רוּחַ *spiritus*, רְחוֹב *platea*, *forum*, שְׁאוֹל *sepulchrum*, שַׁבָּת *sabbathum*, תְּהוֹם *abyssus*, תַּעַר *novacula*.

IV. *Epicœna* sub uno genere utrumque sexum complectentia, quorum genus ex terminatione ferè agnoscitur. Masculina sunt בָּקָר *bos*, *armentum*, חֲזִיר *sus*, עַכְבָּר *mus*, &c. Fœminina אַרְנֶבֶת *lepus*, הַסִידָה *ciconia*, יוֹנָה *columba*, &c. His accensenda אַיָל *cervus*, (unde etiam אַיָלָה *cerva*,) עֵז *capra*, רָחֵל *ovis*. Communia sunt גָּמָל *camelus*, דֹּב *ursus*, צאן *ovis*, *grex*, שֶׂה *pecus*, צִפּוֹר *passer*, *avis*. Ast נְמָלָה *formica*, fœm. Prov. 6 v. 6. in plurali נְמָלִים *formicæ*, masculinum est Prov. 30. v. 25.

§ 70. *Motio* est Adjectivorum, & quorundam Substantivorum ad distinctionem sexûs, ex masculino in fœmininum, additis terminationibus fœmininis. טוֹב טוֹבָה *bonus*, *bona*; חָכָם חֲכָמָה *sapiens m. & f.* אַחֵר אַחֶרֶת *alius*, *alia*; עִבְרִי עִבְרִית *Hebræus*, *a*; פּוֹקֵד פּוֹקֶדֶת *visitans*; דָּג דָּגָה *piscis m. &*

m. & f. אָח אָחוֹת *frater*, *soror*, מֶלֶךְ מַלְכָּה *rex*, *regina*.

§ 71. *Numerus* est triplex: Singularis variæ terminationis, quæ etiam generis indicium aliquando continet, § 69. Pluralis geminus est, pro diversitate generis, masculini & fœminini, quam suâ terminatione connotat. Masculinorum quidem in ים exit, טוֹב טוֹבִים *bonus*, *i*; Fœmininorum autem in וֹת desinit, אוֹת אוֹתוֹת *signum*, *a*. Dualis differentiam generis non connotat, & in ַיִם terminatur, יוֹם יָמִים *dies*, *duo dies*.

Declinatio porrò, per quam Singularia in numeros multitudinis (Plurales vel Dualem) flectuntur, fit addendo horum terminationes. צַר צָרִים *hostis*, *es*: אַגַּן אַגָּנוֹת *crater*, *cra-*

crateres ; יָד *manus*, יָדַיִם *duæ manus*. Sed terminationes fœmininæ ה & ת, accedente terminatione plurali pereunt: (prior quidem, sive ה necessariò, quia cùm quiescens sit, in medio collocari nequit ſ 34. neque etiam vocalem antecedere in eâdem syllabâ ſ 33. posterior autem, sive ת, ad euphoniam, quia alioqui ת sæpius recurreret, cum in ת quoque reperiatur: utraque tandem, quia indicium generis fœminini ipsâ pluralivi terminatione ת, continetur.) Perit etiam unà vocalis antecedens: (ne duæ vocales immediatè concurrant, & posterior syllabam inchoare cogatur, contra §27.) nisi litera quiescens, quæ vocali sit propria, eam aboleri impediat, licet concurrentium vocalium incommodo

commodo aliâ ratione tunc occurrendum sit, §84. טוֹבָה טוֹבוֹת *bona*, æ: כְּתֹנֶת כְּתָנוֹת *tunica*, æ, חָפְשִׁית חָפְשִׁיוֹת *libera*, æ. Eædem terminationes fœmininæ ה & ת, accedente dualis terminatione (quia hæc indicium generis in se nullum habet,) non pereunt, sed manent, quantum quidem syllabæ rationes ferunt, §76. חוֹמָה *murus*, facit חוֹמֹתַיִם *duo muri*, non חוֹמִים, ne credatur masculinum, ut יוֹמַיִם *biduum* à יוֹם *dies*.

Terminatio Pluralis Masculina ים non tantum aliquando habet Chirek longum defectivè scriptum, §10. הַתַּנִּינִם *ceti* Gen. 1. v. 21. גּוֹיִם *gentes* Gen. 14. v. 2. (& sic in hoc nomine semper, ne duo jod concurrant,) צַדִּיקִם *justi* 2 Reg. 10. v. 9. sed etiam interdum caret literâ Mem, חִצֵּי *sagittas*, ubi in margine notatur legendum חִצִּים 1 Sam. 20. v. 38. Sic juxta Masorethas ter legitur עַמֵּי *populi*, pro עַמִּים 2 Sam. 22. v. 44. Psal. 144. v. 2. Lam. 3. v. 14. Eodem modo se habent, כְּלֵי חֹכֵי *ca-*

nistræ

sinistra foraminum, pro חֹרִים Genes. 40. v. 16. מְשָׁל הַקַּדְמֹנִי *proverbium antiquorum* 1 Sam. 24. v. 14. לַפְּרִי *ad primores* 2 Reg. 11. v. 4. הַפְּרִי *primores* ibid. v. 19. כְּאֹהֶל רֹעִי *sicut tentorium pastorum* Esa. 38. v. 12. וְכָל־צְרֹנִי *& omnes Sidonii* Ezek. 32. v. 30. מְשַׁקֵּי רִמֹּנִי *de succo malogranatorum* Cantic. 8. v. 2. Huc pertinet בְּאֹרֵי *fodientes*, pro בְּאֵרִים Psalm 22. v. 17. Eodem revocandum est Job 31. v. 28. עָוֹן פְּלִילִי *iniquitas Iudicum*, pro quo ibid. v. 11. legitur עָוֹן פְּלִילִים nam פְּלִילִי nusquam aliàs occurrit. Sic שִׁירַת הוֹדִי *canticum amorum*, pr הוֹדִים Esa. 5. v. 1. hoc enim postulare videtur nexus sententiæ.

Terminatio Pluralis Fœminina וֹת interdum habet Cholem defectivè scriptum, § 10. תּוֹלְדֹה *generationum* Genes. 5. v. 1. צְדָקֹה *justitias* Judic. 5. v. 11. præsertim post addita affixa, עִם־אֲבֹתָיו *cum patribus suis* 2 Reg. 15. v. 24.

Terminatio Dualis habet deficiens Jod in solo nomine יְרוּשָׁלֶם *Hierosolyma*, quinque locis exceptis ubi plenè scribitur יְרוּשָׁלַיִם quomodo semper legendum pronunciandumque est.

Habet

bet etiam semel deficiens Mem, in אֲצִילֵי יָדַי *axillas manuum*, pro יָדַיִם Ezek. 13. v. 18. quod tamen ad Syrismum referre convenit § 67.

He fœmininum amiserunt, sed aliud He, idque mobile, vel aliam literam ex אהוי, adsciverunt loco tertiæ radicalis He, quæ in singulari perierat, pluralia sequentia: אֲמָהוֹת ab אָמָה *ancilla*, מְנָיוֹת & מָנָה à מָנוֹת *pars*, קְצָוֹת à קָצָה *extremitas*, קְשָׂוֹת à קְשָׂה *scutella*, פְּחָוֹת *duces* in regimine ex פַּחַת à פַּחַת *dux*: pleraque tamen etiam analogôs flectuntur, מָנוֹת, קְצוֹת, קְשׂוֹת, פַּחוֹת.

Numeros hosce tres non promiscuè omnia nomina agnoscunt, sed ordinariè duos duntaxat, Singularem & Pluralem.

Cæterùm dantur quoque I. *Singularia tantum*; talia sunt propria, מֹשֶׁה *Moses*, צִפֹּרָה *Zippora*; nomina Metallorum, זָהָב *aurum*, כֶּסֶף *argentum*, בְּדִיל *stannum*, עוֹפֶרֶת *plumbum*, נְחֹשֶׁת *es*, בַּרְזֶל *ferrum*: huc refer מֶלַח *sal*, גָּפְרִית *sulphur*, (pluralia כְּסָפִים *argenteos nummos*, & בְּדִילִים *scorias*, designant.) Liquorum, יַיִן *vinum*, תִּירוֹשׁ *mustum*, דְּבַשׁ *mel*, יִצְהָר *oleum*,

um, חֶמְאָה *smegma*, חֶמְאָה *cremor lactis*, *butyrum*, (plurale חֶמְאוֹת *butyracea*, seu *pinguia* notat.) Virtutum ac vitiorum, שִׁפְלוּת *humilitas*, שִׂנְאָה *odium*, חָכְמָה & חָכְמוֹת *sapientia*. Dicitur tamen שְׁמָנִים *olea*, תְּבוּנוֹת *intelligentiæ*, similiaque alia. II. *Pluralia tantum*: nomina Ætatum, & pauca alia. נְעוּרִים *pueritia*, עֲלוּמִים *adolescentia*, זְקוּנִים *senectus*; (contrà יְלֻדוּת *juventa*, singulare duntaxat est.) Sic בְּתוּלִים *virginitas*, אֲנָשִׁים *homines*, חַיִּים *vita*, פָּנִים *facies*, מִנִּים *vices*, נָשִׁים *fœmina*: יְשִׁים *scopæ*, כִּלְיוֹת *renes*: מְזַקּוֹת *infundibula*. III. *Dualia tantum* sunt, quæ res naturâ vel arte geminas denotant. שָׁמַיִם *cœli*, מַיִם *aquæ*, צָהֳרַיִם *meridies*, מֵעַיִם *viscera*, עַפְעַפַּיִם *palpebra*, מָתְנַיִם *lumbi*, פֹּתְרִים *testiculi*; אַפְסַיִם *tali*. חֲפָנַיִם *pugilli*, מִצְרַיִם *Ægyptus*, יְרוּשָׁלַיִם *Hierosolyma*. אֲבָנַיִם *sella parturientium*, *aut figulorum*, כְּלָאַיִם *heterogenea*, כַּפַּיִם *testa cum operculo*, רֵחַיִם *mola*, מֹאזְנַיִם *bilances*, מִכְנָסַיִם *femoralia*, שְׁפָתַיִם *duæ strues lapidum*, מִשְׁפְּתַיִם *duæ asini sarcinæ*. IV. *Singularia & Dualia*; nomina Membrorum geminorum potissimum. אַף אַפַּיִם *facies*; sic עַיִן *oculus*, אֹזֶן *auris*, שֵׁן *dens*, יָד *manus*, כַּף *vola*, בֶּרֶךְ *genu*, רֶגֶל *pes*, יָרֵךְ *femur*, יַרְכָה *latus*, צִפָּרֶן *unguis*, קַרְסֹל *talus*, שׁוֹק *crus*, שַׁד *uber*, *mamma*. At עַיִן *fons*, כַּד *phiala*, *vas*

ta, *vas concavum*, יָד *pars*, רֶגֶל *vice*, plurale formant. V. *Singularia*, *Pluralia & Dualia*, כֶּנֶף כְּנָפוֹת צַוָּאר צַוָּארוֹת צַוָּארַיִם *collum*, שֶׂפֶת שְׂפָתַיִם קֶרֶן קְרָנוֹת קַרְנַיִם *cornu*, יָם יַמִּים יָמִים *labium*, unde etiam שְׂפָתוֹת legitur, מַחֲנֶה מַחֲנוֹת מַחֲנַיִם *dies*, & יְמוֹת in regimine, עֵצָה עֵצוֹת נַחַל נְחָלִים נַחֲלַיִם *torrens*, מַחֲנַיִם *castra*, פַּעַם פְּעָמִים פַּעֲמַיִם *ictus*, *consilium*, עֲצָתַיִם *concussio*, *vice*, & פְּעָמוֹת *anguli*, פֵּאָה פֵּאוֹת פֵּאָתַיִם *angulus*, מֵאָה מֵאוֹת מָאתַיִם *centum*, אֶלֶף אַלָּפִים *mille*, כִּכָּר כִּכָּרִים כִּכְּרַיִם *talentum*.

Anomala sunt 1. Masculina, quæ pluralem habent terminationis fœmininæ; אָב אָבוֹת *pater*; sic אוֹצָר *thesaurus*, אוֹב *pytho*, אֶשְׁכּוֹל *botrus*, אַרְמוֹן *palatium*, בּוֹר *fovea*, *puteus*, גַּן *tectum*, גּוֹרָל *sors*, דֶּרֶךְ *stimulus*, זָנָב *cauda*, חֹזֶה *pectus*, חֲלוֹם *somnium*, חֶשְׁבּוֹן *computatio*, כַּפַּת *palmus*, כִּסֵּא *solium*, לַיִל *tabula*, לַיְלָה *nox*, מִזְבֵּחַ *altare*, מַזְלֵג *tridens*, מָטָר *pluvia*, מַקָּף *circuitus*, מַעֲשֵׂר *decima*, מְצָד *arx*, מָקוֹם *locus*, מַקֵּל *baculus*, נָאוֶה *uter*, נָוֶה *habitaculum*, נֵר *lucerna*, עוֹר *pellis*, עֵפֶר *pulvis*, עֵשֶׂב *herba*, צָבָא *exercitus*, צְרוֹר *loculus*, קוֹל *vox*, קִיר *paries*, קֶרֶב *bellum*, רוּחַ *spiritus*, רְתוֹק *catena*, שׁוּר *murus*, שׁוֹפָר *tuba*, שֻׁלְחָן *mensa*, שֵׁם *nomen*, שֶׁמֶשׁ *sol*, שְׁחָקִים *fenestræ*, שְׁחָקִים *nates*, תְּהוֹם *abyssus*. Horum tamen aliqua Communia sunt. 2. Fœminina, quibus pluralis est masculinæ terminationis. אַלָּה אֵלִים *quercus*; sic בֵּיצָה *ovum*, גַּבְלָה *palatha flu-*

cunus, דְּבוֹרָה *apis*, דָּת *lex*, זְמוֹרָה *palmes*, חִטָּה *triticum*, חֲשֵׁכָה *obscuritas*, יוֹנָה *columba*, יְעֵנָה *ulula*, כַּד *cadus*, כֻּסֶּמֶת *spelta*, לְבֵנָה *later*, מִלָּה *dictio*, נְמָלָה *formica*, סְאָרָה *satum*, *Sea*, עִיר *urbs*, פִּילַגֶּשׁ *pellex*, שְׁבִית & שְׁבוּת *captivitas*, שִׁבֹּלֶת *spica*, *fluctus*, שְׂעוֹרָה *hordeum*, תְּאֵנָה *frustum*, *buccella*, תְּאַנָה *cedrus*, תְּאֵנָה *ficus*. 3. Utramque pluralis terminationem admittentia, tum masculina, לֵבָב לְבָבִים לְבָבוֹת *cor*; sic אַרְיֵה *leo*, גַּב *eminentia*, הֵיכָל *templum*, זֶבַח *sacrificium*, זִכָּרוֹן *memoria*, יוֹם *dies*, יַעַר *sylva*, כִּיּוֹר *concha*, *suggestum*, מָאוֹר *luminare*, מָבוֹא *ingressus*, מָגֵן *clypeus*, מִבְצָר *munitio*, מִגְדָּל *turris*, מִזְרָק *pelvis*, מַטְעַם *delicatus cibus*, מַכְאוֹב *dolor*, מַעְיָן *fons*, מִשְׁכָּב *cubile*, מִשְׁכָּן *habitaculum*, סַף *limen*, עָבוֹת *densus funis*, עָוֹן *iniquitas*, עֵקֶב *vestigium*, פֶּלֶא *mirum*, פֶּרֶץ *ruptura*, צָבָא *exercitus*, קֶבֶר *sepulchrum*, קַרְדֹּם *securis*, שָׂדֶה *ager*, שׁוֹפָר *buccina*, תַּן *draco*; tum fœminina, אֵימָה אֵימוֹת אֵימִים *terror*; sic אֲלֻמָּה *manipulus*, אֲשֵׁרָה *lucus*, בְּכוּרָה *primitivum*, חֲנִית *hasta*, כָּתֵף *humerus*, כִּכָּר *talentum*, עָב *nubes densa*, עֲרֵמָה *acervus*, שָׁנָה *annus*: tum denique communia, דּוֹר דּוֹרִים דּוֹרוֹת *generatio*; sic זְרוֹעַ *brachium*, חַלּוֹן *fenestra*, חָצֵר *atrium*, מַחֲנֶה *castra*, מַטֶּה *virga*, *tribus*, עֶצֶם *os*, עֵת *tempus*.

Conjungunt simul geminam terminationem, בָּמָה בָּמוֹת בָּמוֹתַי אֶרֶץ *excelsa terra*, ex unde descendit

scendit pluralis simplex בָּמוֹת Deut. 32. v. 13. Esa. 14. v. 13. & cap. 58. v. 14. Mich. 1. v. 3. Job 9. v. 8. מְרֹאשׁוֹתַי שָׁאוּל à *cervicalibus Saulis*, à plurali absoluto רָאשׁוֹת 1 Sam. 26. v. 12. nisi satius sit רֹאשׁוֹת singulare agnoscere, cujus plurale רָאשׁוֹתִים sic quoque singulare בָּמוֹת & ejus plurale בָּמוֹתִים mutato cholem, uti in צְפוֹר, אַרְמוֹן § 83. חֲמֹתַיִם *duo mœnia*, à חוֹמָה Esai. 22. v. 11. 2 Reg. 25. v. 4. לְחֹתַיִם *duo ordines tabularum*, à לוּחַ לִיחַ Ezek. 27. v. 5. sed forsitan & hîc singularia erunt חוֹמוֹת & לְחוֹת manente ת fœminino, quod terminata in ות subinde retinent. § 84.

§ 72. *Casus* finium variatio non distinguit, sed una tantùm est cujusque numeri terminatio.

Discrepantiam Casuum deprehendunt Interpretes ex constructione sive cum Nominibus, sive cum Verbis, sive cum Particulis, tum separatis, tum inseparabilibus, quemadmodum ex accuratissimâ Syntaxi Cl. Buxtorfii cognosci potest. Nominativum exhibet Nomen ipsum. Genitivum idem Nomen, sed constructum cum alio substantivo antecedente, וְרוּחַ אֱלֹהִים *& spiritus Dei* Gen. 1. v. 2. & sæpissimè sic habet articulum præfixum, לַמֶּמְשָׁלֹת הַיּוֹם

ad dominium diei Geneſ. 1. v. 16. לְקִיט הַשָּׁמָיִם *expanſum cœlorum* ibid. v. 20. Genitivum poſſeſſoris interdum indicat ל præfixum, מִזְמוֹר לְדָוִד *Pſalmus Davidis* Pſal. 3. v. 1. pro quo Rabbinis frequens eſt particula שֶׁל, unde ל illud decerptum videtur: illud autem שֶׁל compoſitum eſt ex præfixo ש pro אֲשֶׁר relativo, & ל dativi indice, אֶת־כְּנַף־הַמְעִיל אֲשֶׁר־לְשָׁאוּל *oram pallii quod Sauli erat*, pro אֶת־כְּנַף־חַמְעִיל שֶׁל־שָׁאוּל *oram pallii Saulis* 1 Sam. 24 v. 5. & 6. מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה *lectus qui Salomoni*, ſcilicet eſt, pro מִטָּתוֹ שֶׁל־שְׁלֹמֹה *lectus Salomonis* Cantic. 3. v. 7. מִשֶּׁלָּנוּ *ex iis qui nobis*, ſeu noſtri, pro מִן־אֲשֶׁר לָנוּ 2 Reg. 6. v. 11. בְּשֶׁלְּמִי הָרָעָה הַזֹּאת לָנוּ Jon. 1. v. 7. pro quo v. 8. בַּאֲשֶׁר לְמִי־הָרָעָה הַזֹּאת לָנוּ *propter quem malum hoc nobis.* בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל *propter quod laborat* Eccleſ. 8. v. 17. Dativi nota eſt ל, לַמֶּלֶךְ *regi* Pſal. 72. v. 1. Accuſativi אֶת, ejus character proprius, licèt non perpetuus, אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ *cœlos & terram.* Geneſ. 1. v. 1. Præterea multæ præpoſitiones regunt accuſativum, ex Syntaxi obſervandæ. Vocativo interdum præfigitur ה vocandi. הַיָּם *ô mare* Pſalm 114. v. 5. הַיּוֹשֵׁבִי *ô qui habitas* Pſal. 123. v. 1. Ablativum oſtendunt præpoſitiones, quæ cum eo conſtruuntur, מִן vel מ *à, ab, de, ex*, עִם vel אֶת *cum*, item ב auxilium

xilium aut instrumentum denotans, מִן־הָאֲרָץ *de terrâ* Genes. 2. v. 6. מִכֹּל *de omni* ibid. v. 16. אֶת־אַחָיו *cum fratribus suis* Gen. 37. v. 2. בְּנֹתֵינוּ וּבְנֵינוּ *cum pueris nostris & senibus nostris* Exod. 10. v. 9. בְּרִכְבּוֹ וּבְפָרָשָׁיו *cum curru suo & equitibus suis* Exod. 15. v. 19. בְּשֵׁבֶט בַּחוּל *virgâ ferri* Psalm 2. v. 9.

§73. *Comparatio* fit circumlocutione, aut constructione aliâ, non autem terminationis variatione: unde etiam Substantivis convenire potest.

Comparativam phrasin facit מ vel מִן sequens adjectivum, טוֹב שֵׁם מִשֶּׁמֶן טוֹב *Bonum est nomen*, scil. bonum, *præ oleo bono*, Ecclesiast. 7. v. 1. טוֹבִים הַשְּׁנַיִם מִן־הָאֶחָד *Boni sunt duo præ uno*, Eccles. 4. v. 9.

Superlativum autem tum *Adjectivum*, I. continuò repetitum, מִן־הָאֲדֻמִּים הָאָדֹם *de rufo, rufo illo* Genes. 25. v. 30. רַע רַע *malum, malum*, id est, pessimum Proverb. 20. v. 14. II. regens substantivum mediante ב præpositione: הַגִּבּוֹר בְּעֵינֵקִים *magnus ille inter gigantes*, hoc est, maximus eorum, Josu. 14. v. 15. קָטֹן נְתַתִּיךָ בַגּוֹיִם נָבִיא בָּאָרֶץ *parvum constitui te inter gen-*

ter gentes, *contemtum inter homines*, hoc est, minimum gentium, contemtissimum hominum Jer. 49. v. 15. III. junctum substantivo, & utrique præfixo articulo, הָהָר הַטּוֹב הַזֶּה *mons bonus iste*, id est, optimus Deut. 3. v. 25. הָעִיר הַגְּדוֹלָה *urbs illa magna*, sive maxima Jon. 1. v. 2. IV. sociatum voculæ מְאֹד valde, טוֹב מְאֹד *bonum valde*, sive optimum, Genes. 1. v. 31. tum *Substantivum*, I. semetipsum regens, עֶבֶד עֲבָדִים *servus servorum*, subjectissimus Gen. 9. v. 25. הַשָּׁמַיִם וּשְׁמֵי הַשָּׁמָיִם *cœli & cœli cœlorum*, altissimi Deut. 10. v. 14. אֱלֹהֵי הָאֱלֹהִים וַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *Deus Deorum*, & *Dominus Dominorum* ibid. v. 17. II. Synonymum regens, חֹשֶׁךְ־אֲפֵלָה *tenebræ caliginis*, densissimæ Exod. 10. v. 22. סָרֵי סוֹרְרִים *recedentes recedentium*, summè refractarii Jer. 6. v. 28. מְנָת־חֶלְקִי *portio partis meæ*, propriissima portio Psal. 16. v. 5. מִטִּיט הַיָּוֵן *de luto cœni*, lutulentissimo Psal. 40. v. 3. וּמָטַר־גֶּשֶׁם *& pluviam imbris*, densissimam, Zach. 10. v. 1. III. compositum cum nomine divino, שַׁלְהֶבְתְיָהּ *flamma Dei*, maxima Cantic. 8. v. 6. מַאֲפֵלִיָּה *caligo Dei*, obscurissima Jerem. 2. v. 31. IV. constructum cum nomine divino, נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים *luctationibus Dei*, gravissimis, Gen. 30. v. 8. אַרְזֵי־אֵל *cedri Dei*, altissimæ, Psal. 80. v. 11. עֲצֵי יְהוָה *arbores Domini*, procerissimæ, Psalm 104.

104. v. 16. וְאַמִּץ לְאַדֹנָי *robustus Domino*, robustissimus Esai. 28. v. 2. עִיר־גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *urbs magna Deo*, maxima Jon. 3. v. 2. V. Fœminina in ה auctum He paragogice, יְשׁוּעָתָה *omnimoda salus* Psal. 3. v. 3. עַוְלָתָה *summa iniquitas* Hos. 10. v. 13. חַמְסָתָה *scelus maximum* Jer. 11. v. 15 Etiam masculina cum He paragogico interdum induunt superlativam significationem הַשְׁפִּלָה *humillimum* Ezek. 21. v. 26. נַחְלָה *torrens violentissimus* Psal. 124. v. 4. הַמָּוֶתָה *mors acerbissima* Psal. 116. v. 15. coll. cum Psal. 72. v. 14. קִפְדָּה *exitium extremum* Ezek. 7. v. 25. מִצָּרָה *de angustiâ maximâ* Jon. 2. v. 3. בֹּעֲרָה *ardens vehementissimè* Hos. 7. v. 4. quod est participium, uti etiam נָס וְנִמְלָטָה *fugiens & egerrimè evadens* Jerem. 48. v. 19. Imò & verba nonnunquam, cum illis personis quæ aliàs He paragogicum non solent adsciscere, הֶחְבִּאָתָה *solliciè abscondit f.* Jos. 6. v. 17. נִפְלְאָתָה *admodùm mira fuit* 2 Sam. 1. v. 26. vide § 151. tum denique *Adverbium* geminatum, בְּמְאֹד מְאֹד *valde, valde*, vehementissimè, Exod. 1. v. 7. מַעְלָה מַעְלָה *sursum, sursum*, altissimè; & מַטָּה מַטָּה *deorsum, deorsum*, humillimè Deut. 28. v. 43.

§ 74. *Regimen* est conjunctio duorum Substantivorum, quorum posterius genitivo casu reddendum est. Horum Sustantivorum prius Regens sive Constructum vocatur, posterius Rectum. Illud ex hâc constructione sæpissimè aliquid patitur, hoc autem nihil, nisi continuatâ constructione, quando tamen non præcedentis nominis, à quo regitur, sed sequentis, quod regit, ratio habetur. בְּצֶלֶם אֱלֹהִים *in imagine Dei* Gen. 1. v. 27. שִׂיחַ הַשָּׂדֶה *frutex agri* Gen. 2. v. 5. יְמֵי שְׁנֵי־חַיֵּי אַבְרָהָם *dies annorum vitæ Abrahami* Gen. 25 v. 7.

Pro Substantivo priore adhibetur nonnunquam Adjectivum, גְּדֹל הָעֵצָה *magnus consilii* Jer. 32. v. 19. vel Participium, מַחְכִּימַת פֶּתִי *sapientem reddens simplicem* Psalm 19. v. 8. מְשַׂמְּחֵי־לֵב *exhilarantes cordis* ibid. v. 9. vel Infinitivus constructus, עֲשֹׂה כְּטָבִים *facere*, h. e. praxis,

praxis, *declinantium* Pſalm 101. v. 3. עֲשׂוֹת *facere* h. e. praxis *judicii*, & *amare* ſive amor *benignitatis*, Mich. 6. v. 8. קְנֹה־חָכְמָה *acquirere*, h. e. acquiſitio *ſapientiæ*, item וּקְנוֹת בִּינָה *& acquirere prudentiæ* Prov. 16. v. 16.

Pro poſteriore autem Subſtantivo quandoque uſurpatur Nomen intercedente particulâ inſeparabili, aut ſeparatâ, כְּשִׂמְחָתָם בַּקָּצִיר *ſicut gaudio in meſſe*, pro meſſis, Eſai. 9. v. 2. וְעַל־טָהֳרַת לְכָל־קֹדֶשׁ *& ſuper purgationem omnis rei ſanctæ* 1 Paral. 23. v. 28. הָאֱלֹהֵי מִקָּרוֹב *an Deus ex propinquo*, Jer. 23. v. 23. וּמְשׂוֹשׂ אֶת־רָצִין *& gaudium cum Retzine* Eſai. 8. v. 6. מַכַּת בִּלְתִּי *plaga ſine receſſione* cap. 14. v. 6. vel Affixum cum præfixo, חוֹסֵי בוֹ *fidentes in ipſum* Pſal. 2. v. 12. חוֹבֵי לוֹ *exſpectantes ipſum* Eſai. 30. v. 18. vel Adverbium, קְלֹלַת חִנָּם *maledictio gratis* Prov. 26. v. 2. צָרֵי יוֹמָם *hoſtes interdiu* Ezek. 30. v. 16. vel Infinitivus, בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים *in diebus judicare judices* Ruth 1. v. 1. אִם־בֶּן הַכּוֹת הָרְשָׁע *ſi dignus vapulare impius* Deut. 25. v. 2. בְּיוֹם עֲשׂוֹת יְהוָה *in die facere Domini* Gen. 2. v. 4. אֹהֲבֵי לָנוּם *amantes dormitare* Eſai. 56. v. 10. vel Phraſis integra, מְקוֹם אֲשֶׁר־אֲסוּרֵי הַמֶּלֶךְ אֲסוּרִים *locus ubi vincti regis vincti erant* Gen. 39.

Gen. 39. v. 20. וּדְבַר מַה־יַּרְאֵנִי *& verbum, quod ostendit mihi*, Num. 23. v. 3. אֶבֶן מָאֲסוּ הַבּוֹנִים *lapis, reprobârunt ædificantes illi* Psalm 118. v. 22. וְאַדִּירֵי כָּל־חֶפְצִי־בָם׃ *& magnifici, in quibus omnis delectatio mea.* Psalm 16. v. 3. כְּיְמוֹת עִנִּיתָנוּ שְׁנוֹת רָאִינוּ רָעָה׃ *secundùm dies, quibus afflixisti nos; annos, quibus vidimus malum*, Psal. 90. v. 15.

Anomaliæ sunt, quando prius substantivum deest, בִּטְנִי כְּיַיִן *venter meus sicut vinum*, pro וְאֵל־הָאֹמְנִים כְּאוֹב חַיִּין *sicut uter vini* Job 33. v. 19. אַחְאָב *& ad nutritios* (nutrientes אֶת־בְּנֵי *liberos*) *Achabi.* 2 Reg. 10. v. 1. item quando posterius substantivum deest: וְשִׁבְרַח וְלָא מֵיַין׃ *& ebria* (scilicet רָעוֹת *malorum*) *& non ex vino*, Esai. 51. v. 21. Rursum, quando forma absoluta ponitur pro constructâ, טוּרֵי־אֶבֶן *ordines lapidum*, pro טוּרֵי Exod. 28. v. 17. צֵדָה הָעָם *viaticum populi*, pro צֵדַת Jud. 7. v. 8. עֲוֹן פְּלִילִים *peccatum Iudicum*, pro עֲוֹן Job 31. v. 11. 28. הֲמוֹן הָרִים *multitudo montium*, pro הֲמוֹן Jer. 3. v. 23. סִגִים כֶּסֶף *scoriæ argenti*, pro סִגֵי Ezek. 22. v. 18. יֵין תַּרְעֵלָה׃ *vinum horroris*, pro יֵין Psalm 60. v. 5. & vicissim forma constructa pro absolutâ, מֵי הַמָּרִים *aquæ amaræ*, pro הַמָּרִים Num. 5. v. 18. חָכְמַת וְהַדַּעַת *sapientia & scientia*, pro

pro תְּכִמָּה Esa. 33. v. 6. שִׁפְעַת אֲנִי רֹאֶה *turmam ego video*, pro שִׁפְעָה 2 Reg. 9. v. 17. אֲרֹן אֶחָד *ciſtam unam*, pro אֲרֹן 2 Reg. 12. v. 10.

§ 75. *Mutatio* Nominum, ex noſtro inſtituto, maximi eſt momenti, ejuſque ſpectandæ tum cauſæ, tum leges. Cauſæ quidem duæ ſunt, Accentus tonicus, & Regimen. Leges autem vel literas attinent, vel puncta: quarum illæ priori, hæc poſteriori loco attendenda.

Accentus tonicus mutationi cauſam dat, ob incrementum dictionis manifeſtum, quod non tantùm numerum ſyllabarum finali aliquâ acceſſione auget, ſed etiam eidem finali acceſſioni accentum depoſcit, qui eouſque deſcendens priorem locum deſerit.

Fit iſtud I. in motione § 70. טוֹב טוֹבָה *bonus*, *a*; רָחָב רְחָבָה *latus*, *a*; חָם חֲמוֹת *ſocer*, *ſocrus*,

socrus, (Excipitur accedens ת cum gemino segol, vel patach vicario, quod dictionem facit penacutam, פֻּקֶדֶת *visitans.*) II. in declinatione § 71. טוֹב *bonus*, *i*, אֵתָן, אֲתוֹנוֹת *asina*, *a*, אַף אַפַּיִם *facies.* III. in affixione § 95. דְּבַר דְּבָרִי *verbum meum*, אוֹתוֹת אוֹתָם *signa ipsorum.*

Sed He paragogicum, quod per Kametz ferè jungitur § 151. Nomina semper relinquit penacuta, quâ notâ ab He fœminino nominum § 69. discernitur.

שְׁעִירָה *Seirem versus*, Genes. 33. v. 14. אַרְצָה *in terram*, Gen. 11. v. 31. פְּנִימָה *interius*, *introrsum*, Psalm 45. v. 14.

Regimen mutationi causam dat ob incrementum dictionis occultum, quod sensus est sive significationis, quia vox recta non aliter determinat antecedentem, quàm affixum fini ejus annexum.

Hac propter acceleratur pronunciatio vocis regentis ad vocem rectam, & hæc non alio ferè loco est, quàm si ultimam regentis illius syllabam faceret; unde etiam vocis regentis ac-

tis accentus aliquando prorsus perit, § 158. פֶּתַח־הָאֹהֶל *ostium tentorii* Genes. 18. v. 1. בֶּן־בָּקָר *filium bovis* ibid. v. 7. בְּתֹם־לְבָבִי *in integritate cordis mei* Gen. 20. v. 5. אֶשֶׁת־הָאִישׁ *uxorem viri* ibid. v. 7. Sæpiùs tamen accentus tonicus vocis regentis manet, sed ut vix alia ejus habeatur ratio quàm absentis, בְּשַׂר עָרְלָתָם *carnem præputii ipsorum*, quasi scriptum esset בְּשַׂר־ à בָּשָׂר Genes. 17. v. 23. nisi vel necessitas ad conservationem vocalis longæ, vel sequentis accentûs dignitas, vel sensûs evidentia, præsentis usum postùlet. Exempla sunt Illius בֵּית עַבְדֶּכֶם *domum servi vestri* Genes. 19. v. 2. בְּצֵל קָרְתִּי *in umbram tecti mei*, ibid. v. 8. נְצִיב מֶלַח *statua salis*, ibid. v. 26. Istius גּוֹיֵי הָאָרֶץ *gentes terræ*, Gen. 18. v. 18. ubi Silluk poscit antecedentem ministrum, פֶּתַח הַבַּיִת *ostium domûs* Genes. 19. v. 11. Hujus, בִּידֵי לֹא־אוּכַל קוּם *in manûs, non potero inde surgere.* Lam. 1. v. 14. ob periphrasin vocis rectæ, אֶל־מָקוֹם זֶה יִסַּרְתָּ לָהֶם *ad locum, quem fundâsti ipsis.* Psalm 104. v. 8. בְּאַנְשֵׁי בֵּית אַבְרָהָם *inter viros, familiæ Abrahami* Genes. 17. v. 23.

§ 76. Mutationem patitur He fœmininum, quoties accedit incremen-

crementum, tum manifestum, (quia He quiescens in medio locari nequit § 33. & 34.) tum etiam occultum, (similitudinis ergò cum manifesto,) atque indicium generis necessarium est. Transit autem in ת. quod pariter fœmininam terminationem facit, § 69.

Accedit hoc ante terminationem dualem, (quia ambigui generis est, non autem ante pluralem, quia hæc terminatio generis indicium continet § 71.) שִׂפְתַיִם *labia*, à שָׂפָה Exod. 6. v. 12. ante affixum, כַּלָּתְךָ *nurus tua*, à כַּלָּה Ruth 4. v. 15. (ne pereunte terminatione confundatur cum masculino, à צָרָה *angustia*, צָרָתוֹ, non צָרוֹ, quod est à צָר *hostis*,) ante paragogicas literas. אֵימָתְהּ *terror maximus*, ab אֵימָה Exod. 15. v. 16. שָׂרָתִי *princeps*, à שָׂרָה Lam. 1. v. 1. (ne paragoge masculino accessisse videatur.) Regimen idem sequitur, יְפַת מַרְאֶה *pulchra adspectu*, à יְפֵה Gen. 12. v. 11. מִקְנַת כַּסְפּוֹ *acquisitio argenti sui*, à מִקְנֶה Gen. 17. v. 23.

Anomala hîc recensentur, quæ He fœmininum ante affixa prorsus amisisse creduntur: sed ista omnia ad analogiam revocari possunt, consti-

constitutis nominibus alius formæ, וְגַלָּהּ *lecythusque ejus*, à גַּל Zach. 4. v. 2. בְּשַׂרְמָם *in astutiâ suâ*, à עָרַם Job 5. v. 13. פַּחֵם *dux ipsorum*, à פַּח Neh. 5. v. 14. פִּנָּהּ *angulus ejus*, à פִּן unde etiam pluralis פִּנִּים occurrit, Prov. 7. v. 8. וּפִשְׁתִּי *& linum meum*, פִּשְׁתָּה unde plurale פִּשְׁתִּים descendit, Hos. 2. v. 7. בַּתְּבוּנָם *secundùm intelligentiam suam*, à תְּבוּן Hos. 13. v. 2. וְצוּרָם *& forma ipsorum*, à צוּר Psalm 49. v. 15. שׂוֹכוֹ *ramum suum*, à שׂוֹךְ Jud. 9. v. 49. quibus synonyma sunt, & usitatiora quoque, quæ in He fœmininum exeunt, גֻּלָּה *lecythus*, עַרְמָה *astutia*, פֻּחָה *dux*, פִּנָּה *angulus*, פִּשְׁתָּה *linum*, צוּרָה *forma*, שׂוֹכָה *ramus*, תְּבוּנָה *intelligentia*.

Verè anomalum est סְאָה־סֹלֶת *Satum similæ*; pro סָאָה à סְאָה 2 Reg. 7. v. 1. 16. 18.

§ 77. Mutationem quoque patiuntur terminationes tum pluralis in ים, tum dualis in ים־, quæ unà cum Mem abjiciunt puncta sua, servantque solum Jod, (quod ad indicium numeri majoris sufficit,) quotiescunque vel affixa accedunt,

vel per regimen, sequentibus cohærent. Jod autem istud priori casu, sive in affixione, quiescit, movetur, vel otiatur, prout affixi connexio id exigit.

שְׁמָנֶיךָ *oleorum tuorum*, à שְׁמָנִים Cant. 1. v. 3.

מַרְאֶיךָ *adspectus tuos*, à מַרְאִים Cantic. 2. v. 14.

חֲדָרָיו *conclavia ejus*, à חֲדָרִים Cantic. 1. v. 4.

עֲצָתֶיךָ *consilia tua ambidextra*, à עֲצָתַיִם Esa. 47. v. 13. עֵינֶיךָ *oculi tui*, à עֵינַיִם Cant. 1. v. 16.

Posteriori casu autem, sive in regimine, semper quiescit in tzeri.

תּוֹרֵי זָהָב *ordines auri*, à חוּרִים Cant. 1. v. 11.

שְׁרֵי אִמִּי *ubera matris meæ*, à שָׁרַיִם Cant. 8. v. 1.

Terminatio pluralis in וֹת, adsciscit jod, ex alterâ in יֹם, ceu notam secundam numeri majoris, ante affixa (præter ם & ן) omnia.

שִׂפְתוֹתַיִךְ *labia tua*, à שִׂפְתוֹת Cantic. 4. v. 3.

בְּלוֹתֶיהָ *nurus ejus*, à בְּלוֹת Ruth 1. v. 8.

Ante affixa perit interdum Jod, & ex puncto, affixum connectente § 95. numerus nominis

minis colligitur. רַחֲמָיו *miserationes ejus*, à רַחֲמִים Lam. 3. v. 22. חַטָּאתָי *peccata sua*, à חַטָּאִים ibid. v. 39. דַּרְכֶּיךָ *vias tuas*, à דְּרָכִים Exod. 33. v. 13. רַגְלֶיךָ *pedes tui*, à רַגְלַיִם Jerem. 38. v. 22. חַטֹּאתָיו *peccatis suis*, à חַטֹּאת Ezek. 18. v. 21. צִדְקָתוֹ *justitia ejus*, à צְדָקוֹת ibid. v. 24. אֲבוֹתֵיכֶם *patrum vestrorum*, ab אָבוֹת Deut. 1. v. 11. Perpetuum istud est, ad vitandum concursum duorum jod, tum in plurali גּוֹיִם, ob jod antecedens: unde בְּגוֹיֵיהֶם *in gentibus suis*, pro גּוֹיֵיהֶם Gen. 10. v. 5. 20. 31. 32. גּוֹיֵךְ *gentem tuam*, pro גּוֹיֵךְ Ezek. 36. v. 13. 14. 15. tum in omnibus pluralibus ob jod sequens, accedente nimirum affixo jod. בְּחֻקַּי *in statutis meis*, pro בְּחֻקַּי Ezek. 36. v. 27. וּמִשְׁפָּטַי *& judicia mea*, pro מִשְׁפָּטַי ibid. חֻקּוֹתַי וְמִצְוֹתַי *statuta mea & præcepta mea*, pro חֻקּוֹתַי וּמִצְוֹתַי 2 Par. 7. v. 19.

Dualia hæc שְׁנַיִם *duo*; & שְׁתַּיִם *duæ*, in regimine aliquando ם retinent, & nihilominus punctationis analogiam sequuntur. שְׁנֵים-עָשָׂר *duodecim* Gen. 17. v. 20. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה *duodecim* Genes. 5. v. 8. ordinariè tamen regulæ parent. וּשְׁנֵי עָשָׂר *& duodecim* Num. 7. v. 3. שְׁתֵּי נָשִׁים *duæ uxores* Gen. 4. v. 19.

Duale מַיִם *aqua*, facit מֵי in regimine. מֵי הַמַּבּוּל *aqua diluvii* Gen. 7. v. 7, vel מֵימֵי gemi-

natâ ſyllabâ, מֵימֵי מִצְרַיִם *aquæ Ægypti* Exod. 7. v. 19. & hæc geminatio ſemper obtinet ante affixa, מֵימֵיהֶם *aquæ ipſorum* Exod. 7. v. 19. מֵימֶיךָ Num. 20. v. 19. niſi quis malit hæc eſſe ex ſingulari מַיִם *aquæ*, (confer Levit. 11. v. 38. יִתַּן־מַיִם *detur aqua*; & Num. 24. v. 7. יַזַּל־מַיִם *ſtillabit aqua*.) unde ſit pluralis מֵימִים § 87. qui ſolùm in affixione & regimine uſitatus ſit; quemadmodum duale מַיִם *aquæ*, in ſtatu abſoluto & conſtructo tantùm, non in affixione uſurpatur.

§ 78. Mutationem quoque ſubit terminatio ſingularis in ה־, cujus He perit, quotieſcunque ـֶ incrementum finale accedit, (quia in medio conſiſtere nequit, cum quieſcens ſit § 33. & 34.) & ſimul vocalis antecedens, (ne duæ vocales, aut vocalis & ſcheva, ſub eâdem literâ concurrant.)

יָפָה *pulchra*, ex יָפֶה Cant. 1. v. 16. à יָפֶה *pulcher* ibid. v. 16. מַחֲנַיִם *duo caſtra* Gen. 32. v. 3. & הַמַּחֲנַיִם *an in caſtris* Num. 13. v. 19. & מַחֲנוֹת *caſtra* 2 Paral. 31. v. 2. à מַחֲנֶה *caſtra*

ſtra, מַכֵּיהֶם *plagæ*, à מַכָּה 2 Reg. 8. v. 29. cap. 9. v. 15. שָׂדְךָ *agrum tuum*, à שָׂדֶה Lev. 19. v. 19. Sic פִּים *ora*, à פֶּה, 1 Sam. 13. v. 21. פִּיוֹת *ora*, ab inuſitato פִּיָּה, Judic. 3. v. 16. pro quo etiam dicitur per reſolutionem vocalis longæ ex § 64. פִּיּוֹת Prov. 5. v. 4. & geminatâ primâ ſyllabâ פִּיפִיּוֹת Pſal. 149. v. 6. Similiter שִׁיוֹ *ovis ejus*, ab inuſitato שִׁיָּה, Deut. 22. v. 1. & שִׁיהוּ *ovis ejus*, ab inuſitat. שִׁיָּה 1 Sam. 14. v. 34.

In Regimine He quidem manet, ſed ſegol antecedens in tzeri mutatur.

מַחֲנֵה אֱלֹהִים *caſtra Dei* Gen. 32. v. 3. עֲלֵה זָיִת *folium oleæ* Gen. 8. v. 11. שֵׂה כְשָׂבִים וְשֵׂה עִזִּים *pecus agnorum & pecus caprarum* Deut. 14. v. 4. כִּמְקֹרֵה הַכְּסִיל *juxta accidens ſtulti* Eccl. 2. v. 15.

Anomala ſunt, רֵעֶה *amicus*, & הַרְבֵּה *multum*, communem formam habentia in ſtatu abſoluto & conſtructo; אַרְיֵה *leo*, in ſtatu abſoluto tantùm uſurpatur. Adhæc alia interdum mutationem negligunt: מִקְרֵה בְנֵי־הָאָדָם וּמִקְרֵה הַבְּהֵמָה *accidens filiorum hominis & accidens jumenti* Eccl. 3. v. 19. וּמִשְׁנֶה שִׁבָּרוֹן *& duplo fractionis* Jerem. 17. v. 18.

Singularem rationem ſequitur פֶּה *os*; nam

ante affixa, itidemque in regimine, terminationem suam in chirek longum vertit, cui affixa nudè junguntur. עִם־פִּיךָ וְעִם־פִּיהוּ *cum ore tuo, & cum ore ejus* Exod. 4. v. 15. פִּי יְהוָה *os Domini* Esai. 1. v. 20.

§ 79. Vocales longæ Kametz & Tzeri, quando penultimæ sunt in dictione regente, & mutabiles, tolluntur, substituto schevate, ad accelerandam pronunciationem.

Cum enim vox recta censeatur ultima syllaba regentis, § 57. hujus penultimæ vocales constituuntur quodammodo antepenultimæ ab accentu, & idcircò sequuntur analogiam § 50.

חֲצִיר גַּגּוֹת *gramen tectorum*, à חָצִיר Esai. 37. v. 27. מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ *regna terræ*, à מַמְלָכוֹת ibid. v. 16. יְדֵי עֵשָׂו *manus Esavi*, à יָדַיִם Genes. 27. v. 22. זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל *Seniores Israëlis*, à זְקֵנִים Exod. 3. v. 16. גְּדֵרוֹת צֹאן *caulæ ovium*, à גְּדֵרוֹת Num. 32. v. 16. דְּגֵי הַיָּם *pisces maris*, à דָּגִים Num. 11. v. 22. כְּלֵי בֵית־יְהוָה *vasa domûs Domini*, à כְּלִים Jerem. 27. v. 16.

Exipe, אֵזוֹר חֲלָצָיו *cingulum lumborum ejus* Esa. 5. v. 7. cap. 11. v. 5. אֲבוּס בְּעָלָיו *præsepe heri sui* Esa. 1. v. 3. וְחֵמַת מָיִם *& utrem aquarum*, à חֵמָה Gen. 21. v. 14.

Exci-

Excipiuntur etiam omnia segolata quinque punctorum, sive formæ פָּקָד quæ in regimine nihil mutant § 86.

§ 80. Vocalis longa Kametz, quando ultima est in dictione regente, corripitur in oppositam brevem patach.

לֵבַב־אֱנוֹשׁ *cor hominis*, à לֵבָב Psal. 104. v. 15.
עֲצַת־גּוֹיִם *consilium gentium*, à עֵצָה Ps. 33. v. 10.

Manet Kametz tum terminationis fœmininæ absolutæ in ת, מְנָת כּוֹסָם: *portio calicis ipsorum* Psal. 11. v. 6. וּלְמִקְצַת הַיָּמִים *& in fine dierum*, Dan. 1. v. 18. (מָחָר *crastinus* illud mutat, מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת *crastino Sabbathi* Levit. 23. v. 11. 15. 16. nisi hoc à מָחֳרָה analogôs placeat deflexum dicere.) tum nominum formæ פָּקָד, ut, שְׁאֵר יִשְׂרָאֵל *residuum Israëlis*, Esai. 10. v. 20. בִּכְתַב דָּוִיד *in scripto Davidis*, 2 Paral. 35. v. 4. tum quorundam nominum singulari jure, אוּלָם & אֻלָם *porticus*, *vestibulum*, מַתָּן *donum*, פִּתְגָם *verbum*. Vocabulum יָם *mare*, semper retinet Kametz, præterquam cum סוּף constructum, יָם הַמֶּלַח *mare salis* Gen. 14. v. 3. יָם הָעֲרָבָה *mare* הַמֶּלַח *planitiei*, *mare salis* Deut. 3. v. 17. יַם־סוּף

יַם־סוּף *mare algæ* Exod. 13. v. 18. ubi tamen semper intercedit makkaph: verum cum He paragogico sine Makkaph & cum kametz quoque occurrit יַמָּה סוּף *in mare algæ*, Exod. 10. v. 19. Nomen עָב *nubes densa* kametz suum nonnunquam mutat, בְּעָב הֶעָנָן *in densitate nubis* Exod. 19. v. 9. interdum retinet, כְּעָב טַל *ut nubes densa roris* Esai. 18. v. 4. כְּעָב מַלְקוֹשׁ *uti densa nubes serotinæ pluviæ* Prov. 16. v. 15.

Speciali anomaliâ Kametz mutatur in tzeri in tribus sequentibus, הֶבֶל *vanitas*, חָלָב *lac*, לָבָן *albus*, חֲבֵל הֲבָלִים *vanitas vanitatum* Eccl. 1. v. 2. חֲלֵב גּוֹיִם *lac gentium* Esa. 60. v. 16. לְבֶן־שִׁנַּיִם *albus dentibus* Gen. 49. v. 12.

§81. Tzeri ultimum I. mutatur in patach in dictione regente, quoties ista vel in literam mobilem exit atque in penultimâ kametz habet.

כְּבַד־פֶּה וּכְבַד לָשׁוֹן *gravis ore, & gravis linguâ*, à כָּבֵד Exod. 4. v. 10. עַרַל שִׂפָתַיִם: *præputiatus labiis*, à עָרֵל Exod. 6. v. 12. חַצַר הַמִּשְׁכָּן *atrium tabernaculi*, à חָצֵר Exod. 27. v. 9. זְקַן בֵּיתוֹ *senior domus suæ*, à זָקֵן Gen. 24. v. 2. (Manet tamen tzeri quandoque, בְּעֵקֵב עֵשָׂו *in calcaneo Esavi* Gen. 25. v. 26. כְּאֵבֶל־אֵם *ut lugens matris* Psalm 35. v. 14. בְּיוֹן מָצוּלָה *in lutum profundi* Psalm 69.

Pſal. 69. v. 3. Sic מָגֵן *clypeus*, חֲמֵשׁ *quinque*.)

Vel quoties eſt formæ מִפְקָד aut מַפְקֵד, mutato inſuper patach ſub mem in chirek breve, niſi guttu-ralis ſequatur, euphoniæ ergò.

מַשֵּׂאת הָעָשָׁן *elevatio fumi*, à מַשָּׂאת Judic. 20. v. 38. 40. מִסְפַּד תַּמְרוּרִים *planctus amaritudinum*, à מִסְפָּד Jerem. 6. v. 26. מִזְבַּח אֲדָמָה *altare terræ*, à מִזְבֵּחַ Exod. 20. v. 21. מִשְׁעַן־לֶחֶם *fulcrum panis*, à מִשְׁעֵן Eſa. 3. v. 1. לִמְרַבַּץ־צֹאן *ad cubile gregis*, à מִרְבָּץ Ezek. 25. v. 5. מַעְשַׂר בָּקָר *decima boum*, à מַעֲשֵׂר Levit. 27. v. 32. (Manet tzeri in מַפְתֵּחַ *clavis* Eſa. 22. v. 22. & מַקֵּל *baculus* Jer. 1. v. 11. pro quo etiam dicitur מַקֵּל Gen. 30. v. 37.) Singularia ſunt in regimine אֹבֵד עֵצוֹת *periens conſiliis*, ab אוֹבֵד Deut. 32. v. 28. & קֵן־צִפּוֹר *nidus avis*, à קֵן Deut. 22. v. 6. item בֵּן *filius*, unde בֶּן, vel בִּן quoque, dicitur, בֶּן־בַּרְמִי *filius Carmi* Joſ. 7. v. 1. בֶּן־נוּן *filius Nun* Joſ. 6. v. 6. etiam ſine Mackaph בֶּן יָאִיר *filius Iair* Eſt. 2. v. 5. מִבֶּן עֶשְׂרִים שָׁנָה *a filio viginti annorum* Exod. 30. v. 14. אִם־בֶּן הַכּוֹת *ſi filius plagarum* Deut. 25. v. 2.

II. Mutatur in ſcheva, accedente incremento finali quod ac-

centum deducat, § 75. siquidem syllaba penultima desinat in cholem immutabile ◌ֹ; vel in literam mobilem ◌ֺ.

עוֹלְלָה *conficiens*, à עוֹלֵל Lam. 3. v. 51. הֹלְכָה *abiens*, ab הוֹלֵךְ Jer. 3. v. 6. עוֹלְלִים וְיֹנְקִים *parvuli & lactentes*, à עוֹלֵל & יוֹנֵק Psalm 8. v. 3. מוֹפְתִים *portenta*, à מוֹפֵת Joël 3. v. 3. מִזְבְּחוֹ *altare suum*, à מִזְבֵּחַ Lam. 2. v. 7. אִלְּמִים *muti*, ab אִלֵּם Esa. 56. v. 10. הַמְּאֲנִים *renuentes*, à מֵאֵן pro מְאֵן Jer. 13. v. 10. לְרַחֲמִים *in miserationes* Psalm 106. v. 46. à רַחַם *miseratio*, implicito dages Hab. 3. v. 2. (manet tamen nonnunquam tzeri, בֹּגְדָה *prævaricatrix* Jerem. 3. v. 8. זוֹלֲלָה *vilipensa* Lam. 1. v. 11. שֹׁמְמִים *vastati* ibid. v. 16. וּפֹרְדֵסִים *& pomaria* Eccles. 2. v. 5. מַשְׁחִתִי *perditionis suæ* Ezek. 9. v. 1. לְמוֹסְרָי *vincula mea* Psalm 116. v. 16. שִׁלְחֲךָ *mittens te* 1 Sam. 21. v. 3. בְּמַקְהֵלוֹת *in cœtibus* Psalm 26. v. 12. בְּמַקְהֵלוֹת *in cœtibus* Psal. 68. v. 27. אַבְנֵטִים *baltei* Exod. 28. v. 40. וְאַבְנֵטְךָ *& balteum tuum* Esa. 22. v. 21. לַמְזֻמְרוֹת *in falces putatorias* Mich. 4. v. 3. Esa. 18. v. 5. עוֹלְלוֹת *racemationes* Esa. 17. v. 6.

17. v. 6. הַצֹּלְעָה *claudicans* Mich. 4. v. 7. בְּיוֹלַדְתָּהּ *sicut parturientis* ibid. v. 9. 10. אֹכֶלֶת *edens* Esai. 29. v. 6. שֹׁקֶקֶת *appetens* ibid. v. 8. similiaque complura: at בֹּעֶרֶת *ardens*, Hos. 7. v. 4. masculinum est, & He paragogicum.)

Duo vocabula בֵּן *filius*, & שֵׁם *nomen*, cum affixis quibuscunque amittunt tzeri, succedente schevate, בְּנוֹ *filius ejus* Gen. 9. v. 24. שְׁמוֹ *nomen ejus* Genes. 4. v. 25. in plurali autem prius eidem substituit kametz, בָּנִים *filios* Genes. 5. v. 4. posterius servat tzeri, שְׁמוֹת *nomina* Genes. 2. v. 20.

§ 82. Chirek longum finale in nominibus formæ פִּקֵּי, accedente incremento accentum deducente (quia vocalis, adeóque & scheva syllabam inchoare nequit § 27.) jod suum amittit, ut fiat mobile seu consonum, quod syllabam sequentem inchoet, (cui in plurali nonnunquam surrogant aleph, ex § 3.) ipsum autem chirek antecedens, (quod post jod amissum breve

breve relinquitur, neque ad syllabam absolvendam sufficit,) in plurali ac duali in kametz mutatur; in affixione verò perit, succedente schevate.

לְפֶתָאִים *fatuis* Prov. 1. v. 4. & פְּתִיִּם, pro פְּתָיִם, à פֶּתִי ibid. v. 22. אֲרָיִם *leonis*, ab אֲרִי 1 Reg. 10. v. 20. ut & אֲרָיוֹת ibid. v. 19. לְבָאִם *leones*, à לְבִי inus. Psalm 57. v. 5. unde etiam est לְלִבְאֹתָיו *leonibus suis*, ex לְבִיאוֹת Nah. 2. v. 13. (at à לְבִיא *leo*, descendet לְבִיאִים quemadmodum fœmininum לְבִיָּא *leæna* ex § 166. Ezek. 19. v. 2.) בַּשְּׁדֵרֶת עֲדָיִים *in monile monilium*, (ubi exemplaria vitiosè scribunt עֲדִיִּים cum vocalis longa pluralis sine accentu consistere nequeat; Masora etiam non annotet esse penacutum.) Ezek. 16. v. 7. וְהַלְחָיִים *maxillaque*, à לְחִי Deut. 18. v. 3. וְחֹלִים *& morbi*, pro חֲלָיִם, à חֳלִי Deut. 28. v. 59. פִּרְיוֹ *fructum suum*, à פְּרִי Psal. 1. v. 3. In concursu autem duorum schevatum prius abit in chirek breve, בִּמְרִיָם *in rebellione ipsorum*, à מְרִי Neh. 9. v. 17. נִשְׁיֵךְ *debitum tuum*, à נְשִׁי 2 Reg. 4. v. 7. vel in segol, תִּלְיֵךְ *pharetram tuam*, à תְּלִי Gen. 27. v. 3. שִׁבְיֵךְ *captivitatem tuam*, à שְׁבִי Judic. 5. v. 12.

sub

sub gutturalibus in segol ex chatephpatach, עֲרֵי *os ejus*, à עֲרִי Psalm 32. v. 9. & in Kametzchatuph ex chatephkametz, חֳלְיוֹ *morbus ejus*, à חֳלִי 1 Reg. 17. v. 17. עֳנִיִּי *afflictionem meam*, à עֳנִי Lam. 1. v. 9. & sic quoque יָפְיֵךְ *pulchritudo tua*, à יֹפִי Psal. 45. v. 12. כְּנִיעָתָם *contritionem suam*, à כְּנִיעָה Psalm 93. v. 3.

Sequentia in declinatione prorsus amittunt chirek longum, & loco schevatis antecedentis assumunt tzeri, כְּלֵי כֵּלִים *vasa*, חֲצֵי חֲצוֹת *medium*, מֵעֵים *viscera*, ab inus. מְעֵי: huc quoque referendum לְחֵיהֶם *maxillæ ipsorum*, à לְחָיִם cujus singulare לְחִי, unde aliàs dicitur לֶחֱיָיִם Hos. 11. v. 4. A פְּרִי *fructus*, pluralis tantum Rabbinis usitatus est פֵּרוֹת vel פֵּרוֹת cum tzeri immutabili.

Finale Chirek longum in aliis nominibus, quando ea in pluralem flectuntur, vel prorsus perit; vel Jod accepto dages forti euphonico geminatur, posteriore mobili; vel assumit pone se Aleph; (ne duæ vocales immediatè concurrant, & posterior syllabam cogatur incipere, § 27.)

A עִבְרִי

A עִבְרִי *Hebraus*, dicitur חֶשְׁבְּנִים Exod. 2. v. 6. & חֶעְבְּרִיִּים Exod. 3. v. 18. pro חִזְבְּרִיִּים Sic תַּחְתִּים שְׁנִים וּשְׁלִשִׁים *infimos, secundos, tertiosque*, à תַּחְתִּי *inferior*, שֵׁנִי *secundus*, שְׁלִישִׁי *tertius*, Geneſ. 6. v. 16. חֲעַרְבִיאִים *Arabes*, à עַרְבִי 2 Par. 17. v. 11. חַהֲגְרִיאִים *Hagareni*, à חֲגְרִי 1 Paral. 5. v. 20. item v. 10. & 19. unde etiam legitur וְחַהֲגְרִים *& Hagareni* Pſal. 83. v. 7. quemadmodum pro illo וְחָעַרְבִים *& Arabes* 2 Paral. 21. v. 16. Sequuntur autem nomina nonnulla rationem flexionis primam, חָפְשִׁים *liberi*, à חָפְשִׁי Eſa. 58. v. 6. כַּשָּׁנִים *ut dibapha*, à שָׁנִי Eſa. 1. v. 18. alia ſecundam, עֲנִיִּים *paupe-rum*, à עָנִי Pſal. 12. v. 7. נְקִיִּם *innocentum*, à נָקִי Jer. 2. v. 34. alia utramque. Monoſyllaba hæc אִי *inſula*, & עִי *cumulus*, ſecundam, צִי *navis*, utramque rationem obſervat.

Dualis forma Jod mobile conſtituit, & antecedens chirek (quia non niſi breve relinquitur) tollit, ſubſtituto ſchevate.

מִגְלֵי *do ſimilis ſuis*, ex גִּלִּים à גִּלִּי Num. 24. v. 7.

Quando eadem moventur in fœmi-

fœmininum, vel nudum ת sibi jungunt, vel ante ה simile dages forte euphonicum literæ Jod tribuunt.

A תַּחְתִּי *inferior*, est תַּחְתִּית Deut. 32. v. 22. & מַחְתִּיָּה Psalm 86. v. 13.

§ 83. Cholem ultimum constans esse solet, לְאוֹתֹת *in signa*, ab אוֹת Gen. 1. v. 14. הַמְּאֹרֹת הַגְּדֹלִים *luminaria magna*, à הַמְּאוֹר הַגָּדוֹל ibid. v. 16. שִׁבְרֵי *ebrii*, à שִׁכּוֹר Esa. 28. v. 1. Quædam tamen, deducto pet incrementum finale accentu, illud amittunt, succedente schevate.

צִפֳּרִים *aves*, (ubi alii legunt צִפֳּרִים) à צִפּוֹר Levit. 14. v. 4. וְלַצִּפֳּרִים *& sicut aves* Eccl. 9. v. 12. סֵבְלוֹ *onus ejus*, à סֵבֶל Esa. 9. v. 3. מִסִּבְכּוֹ *ex vepreto suo*, à סְבַךְ Jer. 4. v. 7. קִטְבָּךְ *exitium tuum*, Kametz manente, à קֶטֶב Hos. 13. v. 14. קָדְקֳדוֹ *vertex ejus*, à קָדְקֹד Ps. 7. v. 17. עַל־אַרְמְנוֹת *de palatiis*, ab אַרְמוֹן Amos 3. v. 9.

Pauca

Pauca alia in plurali kametz ei subſtituunt.

A יוֹם *dies*, (quod à יָמַם inuſitato derivandum) eſt יוֹמַיִם *biduum* Exod. 21. v. 21. יָמִים *dies* Gen. 40. v. 19. יְמוֹת עוֹלָם *dies ſeculi* Deut. 32. v. 7.

Sic הָאֲנָשִׁים *virorum* Gen. 14. v. 24. & אַנְשֵׁי בֵיתוֹ *viri domûs ejus* Geneſ. 17. v. 27. ab אִישׁ *homo*, מָדָנִים *contentiones* Proverb. 6. v. 19. à מָדוֹן *contentio* Pſal. 80. v. 7. שְׁפָטִים *judicia* Ezek. 5. v. 15. à שְׁפוֹט 2 Paral. 20. v. 9. רָאשִׁים *capita* Gen. 2. v. 10. רָאשֵׁי Kametz immutabili ob aleph quieſcens Exod. 6. v. 14. à רֹאשׁ *caput*, unde tamen ſemel analogôs legitur בְּכָל־רָאשֵׁי *in omnibus capitibus ejus* Eſai. 15. v. 2. cui quidam addunt בְּרֹאשֵׁנוּ *in capitibus noſtris*, omiſſo jod plurali § 77. 1 Reg. 20. v. 31. ſed poteſt etiam eſſe ſingulare, *in capite noſtro*.

Singularis anomalia eſt in gentilibus quibuſdam, אַשְׁדּוֹדִית עַמּוֹנִית *Aſdodæa*, *Ammonitica*, ſuperfluo vav, ab אַשְׁדּוֹדִית עַמּוֹנִית Nehem. 13. v. 23. 1 Reg. 11. v. 1. צִדְנִית *Zidonitica*, à צִידוֹנִית mutato chirck longo in tzeri 1 Reg. 11. v. 1.

II. v. 1. ibid. אֲדֹמִיֹּת *Edomiticæ*, servavit cholem.

§ 84. Fœminina in ית, וֹת & נָה exeuntia, in formatione pluralis, (ad vitandum concursum duarum vocalium, oriturum ex §71.) diversimodè se habent. Quæ desinunt in ית post accessum terminationis pluralis geminant jod per dages forte euphonicum, ut posterius consonum sit, & syllabam incipiat: à מוֹאָבִית *Moabitis*, descendit מֹאֲבִיּוֹת Ruth 1. v. 4. הַמִּצְרִית הָעִבְרִיָּה *Ægyptiæ, Hebrææ*, à מִצְרִית & עִבְרִית Exod. 1. v. 19. Quæ desinunt in וֹת ibidem assumunt jod, & schurek suum in kibbutz & dages forte resolvunt, ex § 64. מַלְכִיּוֹת *regna*, à מַלְכוּת Dan. 8. v. 22.

At nomina formæ פְּקוּת & פְּקוּת terminationi singulari pluralem supperaddunt; à חֲנִית *hasta*, est חֲנִיתִים 2 Par. 23. v. 9. וַחֲנִיתוֹתֵיהֶם Esa. 2. v. 4. à זְנוּת *scortatio*, זְנוּנַיִךְ Jer. 3. v. 2. Id imitan-

tur תַּזְנוּתֶיהָ *scortationes ejus*, à תַּזְנוּת Ezek. 23. v. 7. אַלְמְנוּתֵךְ *viduitatum tuarum*, ab אַלְמָנוּת Esa. 54. v. 4. כְּרִיתֹתֶיהָ *excisiones ejus*, à כְּרִיתוּת Jer. 3. v. 8. Item וַחֲמִשְּׁתֵי *& quintas partes ejus*, à חֲמִשִּׁית Levit. 5. v. 24. Analogiam sequitur חֲצֵרוֹת *cellulæ*, à חָצֵר Jerem. 37. v. 16.

Quæ desinunt in ת, pauca reperiuntur pluralem ex se formantia, eoque variant, attamen pleraque Thau servant.

אָחוֹת *soror*, habet tum אֲחָיוֹת, unde אֲחָיוֹתֵךְ Ezek. 16. v. 52. אֲחָיוֹתֵיהֶם Job 1. v. 4. tum אֲחוֹתִים, unde אֲחוֹתֵךְ Ezek. 16. v. 51. וְלַאֲחוֹתֵיכֶם Hos. 2. v. 3. Fortè posset אֲחוֹת quoque dici plurale ab inus. sing. אָחֹת ab אָח masc. & inde אֲחוֹתֵךְ regulariter, adscito jod ante affixa. Sic רַאֲשׁוֹת *cervical*, unde מְרַאֲשֹׁתֵי שָׁאוּל *à cervicalibus Saulis* 1 Sam. 26. v. 12. & בָּמוֹת *excelsum*, unde עַל־בָּמֳתֵי אָרֶץ *super excelsa terræ* Esai. 58. v. 14. Ab אַשְׁפּוֹת *fimetum*, ducunt אַשְׁפֹּתוֹתֵי Lam. 4. v. 5. sed hujus singularis rectius statuitur אַשְׁפַּת, ex § 85. num. 2.

§ 85. Patach ultimæ syllabæ in nominibus acutis nonnunquam mutatur

tatur per utrumque incrementum.

Manifestum seu finale id facit, non tantùm ultimam literam sibi sumens ad inchoandam syllabam, sed etiam accentum deducens, (quia patach tunc spoliatur complemento temporis deficientis,) & quidem I. Monosyllaba quædam orta â quiescentibus tertiâ He, in declinatione patach producunt in kametz, in affixione autem dages adsciscunt.

שָׁדַיִם *ubera* Gen. 49. v. 25. à שַׁד *uber* Lam. 4. v. 3. קַוֵּם *linea ipsorum*, à קָו Pſ. 19. v. 5.

II. Nomina formæ פָּעַל in flexione pluralis vel assumunt dages forte euphonicum, vel patach producunt in kametz.

הָאֲגַמִּים *stagna*, ab אֲגַם Exod. 8. v. 1. & אֲגַמֵּיהֶם *stagna ipsorum*, ex אֲגַמִּים Exod. 7. v. 10. מְעַטִּים *pauca*, à מְעַט Eccleſ. 5. v. 1. הַהֲדַסִּים

myrti, à הֲדַס Zach. 1. v. 8. אֲרַמִּים *Aramai*, ab אֲרַם 2 Reg. 8. v. 29. cap. 9. v. 15. Unum שְׁלָו *coturnix* (quod ubique per kametz scribitur ob accentum pausantem Exod. 16. v. 13. Num. 11. v. 32. Psalm 105. v. 40.) in plurali patach amittit, schevate succedente, שַׁלְוִים *coturnices* Num. 11. v. 31.

In affixione autem patach tollunt, succedente schevate, רְבִשִׁי *mel meum*, à דְּבַשׁ Cant. 5. v. 1.

III. Nomina formæ אֶפְקָר vel אַפְקָר tum in flexione pluralis, tum in affixione, vel dages forte euphonicum adsciscunt, vel patach in kametz producunt.

Ab אֶצְבַּע *digitus*, est אֶצְבְּעוֹ Levit. 4. v. 6. אֶצְבְּעֹתָיו Jer. 52. v. 21. אֶצְבְּעֹתֶיךָ Psalm 8. v. 4. sic אֶשְׁנְבִי *fenestra mea*, ab אֶשְׁנָב Prov. 7. v. 6. אַחְנִיָּה *mercedes ejus*, ab אֶתְנָן Mich. 1. v. 7. אַשְׁפָּתוֹת *fimeta*, ab אַשְׁפַּת Lam. 4. v. 5. אַרְבָּעִים *quadraginta*, ab אַרְבַּע Gen. 25. v. 20.

IV. Nomina formæ יִפְקֹר vel יַפְקֹר assu-

assumunt ubique dages forte euphonicum.

מִשְׂגָּבִי *locus editus meus*, à מִשְׂגָּב Psalm 59. v. 10. מַחֲמַדִּים *desiderabilia*, à חֶמְדָּה Cantic. 5. v. 16. מַטְעַמִּים *cupedia*, à מַטְעַם Gen. 27. v. 4. אִכְלוּ מַשְׁמַנִּים וּשְׁתוּ מַמְתַקִּים *edite pinguia, & bibite dulcia*, à מַשְׁמָן & מֶמְתָק Nehem. 8. v. 10. מִבְטַחִי *fiducia mea*, cum dages implicito, à מִבְטָח Psalm 71. v. 5. & sic מִבְטָחִים ex § 63. num. 5. Jerem. 48. v. 13. Huc referendum מְצָרִים *angustia* Lam. 1. v. 3. & וּמְצָרֵי שְׁאוֹל *angustiaque sepulchri* Psalm. 116. v. 3. à singulari הַמֵּצַר quod est ex מָצוֹר § 130. Psal. 118. v. 5. At מִקְדָּשִׁי *res sancta* habet מִקְדָּשׁוֹ Numer. 18. v. 29.

V. Nomina quatuor radicalium (etiam unâ ex illis geminatâ,) assumunt dages forte euphonicum ordinariè, aliàs vel patach amittunt succedente schevate, vel patach in kametz producunt.

וְגִנְזָכָיו *& gazophylacia ejus*, à גִּנָּזָךְ 1 Par. 28. v. 11. וְגַלְגָּלָיו *& rota ejus*, à גַּלְגַּל Esa. 5. v. 28.

הַזְּלֻלִים *flagella vitis*, à זָלַל Esai. 18. v. 5. עוֹלַת שַׁבָּת בְּשַׁבַּתּוֹ *holocaustum Sabbathi in Sabbatho suo* Num. 28. v. 10. Aſt גְּרִנִים *grana*, à גָּרַן Esa. 17. v. 6. אַפַּרְנִי *auguſtalis ſui*, ab אַפַּרְנִי Dan. 11. v. 45. item חַנָּתִי *dona mea*, à חַנָּתִי Hoſ. 8. v. 13. פַּתְבָּגִי *portionem cibi ipſius*, à פַּתְבָּג Dan. 11. v. 26. Huc referri poteſt ſegol ultimum in ejuſmodi incremento finali dages poſcens, & interdum in chirek breve ante illud dages tranſiens, אַבִּרֵיהֶם *fortiſſimus ipſorum*, ab אַבִּיר Eſa. 33. v. 7. כַּרְמִלּוֹ *arvum ipſius*, à כַּרְמֶל Eſa. 37. v. 24.

Occultum ſeu regiminis id facit in nominibus in ־ finitis, ſubſtituto tzeri & jod quieſcente.

גֵּי הָרִים *vallis montium*, à גַּי Zach. 14. v. 5. גֵּי שֶׂה *ſufficientia pecudis*, à גֶּה Levit. 5. v. 7. גֵּי הַשִּׁיב לוֹ *ſufficientiam reddendi ipſi* Levit. 25. v. 28. (in affixione aſſumit dages forte, גֵּיוֹ *ſufficientia tua* Prov. 25. v. 16.) גִּיעִי לְחָמִי *ut languor cibi mei*, à גַּיעַ Job 6. v. 7. גִּשְׁרֵי מוֹאָב *in agro Moabi*, à גֶּשֶׁר (quod ſingulare eſſe ex Pſalm 96. v. 12. conſtat) Ruth. 1. v. 1. pro quo legitur גְּשׁוּתַ מוֹאָב ibid, v. 6. חֵי פַּרְעֹה *vita*

vita Pharaonis, seu per vitam Pharaonis, à חַי Genes. 42. v. 15. וְחֵי אַתֵּךְ שָׁפֵךְ *& vita fratris tui*, scil. sit, *tecum*, Lev. 25. v. 36. pro quo v. 35. וְחֵי עִמָּךְ *& vita*, scil. sit ei, sive vivens sit, *tecum*, quoties autem de vero Deo dicitur, invariatum manet, חַי־יְהוָה וְחֵי־נַפְשְׁךָ *per vitam Dominum*, *& per vitam animæ tuæ* 2 Reg. 2. v. 2. at semel וַיִּשָּׁבַע בְּחֵי הָעוֹלָם *& juravit per vitam æternitatis*, seu potius *per vitam mundi*, per Deum, qui totius mundi vita est, Dan. 12. v. 7. Huc referendum מַי *aqua* inusit. unde מֵי singulare fluit, מֵי נִדָּה לֹא זֹרַק עָלָיו *aqua separationis non sparsa est in ipsum*, Num. 19. v. 19. & v. 13. Pertinet etiam huc גַּיְא *vallis*, unde גֵּיא חִזָּיוֹן *vallis visionis* Esai. 22. v. 1. at semel etiam absolutè גֵּיא גְּדוֹלָה מְאֹד *vallis magna valde* Zach. 14. v. 4. & semel גַּיְא Esa. 40. v. 4. Pluralis peculiarem prorsus formam habet, גַּיָּאוֹת *vallis* Ezek. 31. v. 12. (pro quo alicubi scribitur הַגֵּאָיוֹת sed quod aliter legendum monent Masorethæ, 2 Reg. 2. v. 16.) etiamque וְגֵיאוֹתֶיךָ *& vallis tua* Ezek. 35. v. 8.

§ 86. Nomina Segolata dicuntur penacuta, in quorum ultimâ syllabâ segol est, in penultimâ verò se-

rò ſegol, tzeri vel cholem.

Eſt autem Patach vicarii ex § 63. num. 4. eadem ratio quæ vocalis ſegol: itemque ſchevatis, quod pro ſegol ultimo in quibuſdam nominibus occurrit, חַטָּא pro חַטָּאָ *peccatum*, נַרְדְּ pro נֵרְדְּ *nardus*, קְשָׁטְ pro קְשָׁטְ *veritas*.

Hæc in ſingulari numero formam abſolutam & conſtructam eandem habent.

וּבְדֶרֶךְ חַטָּאִים *& in viâ peccatorum* Pſalm 1. v. 1. מִסֵּפֶר חַיִּים *è libro vitæ*, Pſalm. 69. v. 29.

אָהֳלֵי מוֹעֵד *tentorium conventûs* Exod. 28. v. 43.

וּפַחַד יִצְחָק *pavorque Iſaaci* Gen. 31. v. 32. (Duo numeralia, שֶׁבַע *ſeptem*, & תֵּשַׁע *novem*, variantur, aſſumto ſchevate in locum vocalis prioris, וְשִׁבְעֵ מֵאוֹת *& ſeptingentos* Gen. 5. v. 26. וְתִשְׁעֵ מֵאוֹת *& nongenti* ibid. v. 27.

Aliàs mutantur; & quidem in Pluralis formatione par omnium eſt ratio, ut vocalis brevis, quæ immediatè antecedit terminationem pluralem, producatur in kametz, (quum enim terminationi plura-

plurali accedat accentus, § 75. eidemque ultima litera sit jungenda, quia vocalis ejus syllabam ordiri nequit, § 27. vocalis brevis amittit compensationem temporis deficientis, adeóque alio complemento indiget, § 48.) quæ verò kametz istud antecedunt vocales, regulariter mutationem patiuntur, tolluntur que tum breves (quia unius solummodò sunt temporis, § 48.) tum etiam longæ, (siquidem antepenultimæ fiant ab accentu, § 50.) succedente utrobique schevate.

בְּגָדִים *vestes*, à בֶּגֶד Levit. 6. v. 4. נְחָלִים *torrentes*, à נַחַל Esa. 11. v. 15. דְּלָתוֹת *folia*, à דֶּלֶת *janua*, Jer. 36. v. 23. סְפָרִים *libri*, à סֵפֶר Eccl. 12. v. 12. נְרָדִים *nardi*, à נֵרְד Cant. 4. v. 13. חַטָּאִים *peccata*, à חֵטְא Eccles. 10. v. 4. רְמָחִים *lanceas*, à רֹמַח Jer. 46. v. 4. קְצוֹת *fines* Ps. 48. v. 11.

v. 11. ex קְצִיעוֹת est à קְצִיעָה Nah. 2. v. 10. vel קְצִיעָה Esa. 2. v. 7. mutato He in Vav mobile; nequaquam autem illa He sunt paragogica, utpote quæ dages in tzade poscerent, siquidem à קְצִיעוֹת formarentur. Et terminationis fœmininæ, עֲטָרוֹת *coronæ*, à עֲטָרָה Zachar. 6. v. 11. מִשְׁפָּחוֹת *familiæ*, à מִשְׁפָּחָה Zach. 12. v. 12. בָּנוֹת *filiæ*, à בַּת pro quo dicitur contractè בָּ Prov. 31. v. 29. Attamen segol ante terminationem pluralem in scheva mutavit, ac præcedens segol in patach (quemadmodum in motione) vox פִּלֶגֶשׁ *concubinæ*, unde est פִּלַגְשִׁים 2 Sam. 5. v. 13. Gen. 25. v. 6. itemque תִּשְׁעִים *nonaginta*, à תֵּשַׁע *novem* Gen. 5. v. 9. & שִׁבְעִים *septuaginta*, à שֶׁבַע *septem* v. 12. & עֶשְׂרִים *viginti*, à עֶשֶׂר *decem* cap. 6. v. 3. Similiter segol in scheva mutat אֶגֶרֶת *epistola*, unde אִגְּרוֹת Nehem. 2. v. 7. & cap. 6. v. 19. כֻּסֶּמֶת *spelta*, unde כֻּסָּמִים *speltæ* Ezek. 4. v. 9. nisi potius à כֻּסֶּם derivari conveniat.

Præterea cholem penultimum in scheva vel chatephkametz mutârunt fœminina פְּתֹנֶת *tunica*, הַפְּתֹנֶת Exod. 39 v. 27. כָּתֹנֶת *tunica*, כָּתֹנֶת Exod. 28. v. 40. שִׁבֹּלֶת *spica*, שִׁבֳּלִים Genes. 41. v. 5. לְגֻלְגָּלְתָּם *secundùm capita sua*; à גֻּלְגֹּלֶת Num. 1. v. 2. הַמְחֻלָּקוֹת *divisionum*, à מְחֻלָּקָה 1 Sam. 23. v. 28.

v. 28. At בְּשִׁקְּוֹת הַמַּיִם *in potandi vasis aquarum*, à שִׁקֶּת servata in plurali singularis terminatione: nisi ת potius sit radicale, Genes. 30. v. 38. absolutè שִׁקְּוֹת. Huc verò non pertinent, quæ vulgò anomala esse feruntur, שָׁרָשִׁים, unde שָׁרָשָׁיו *radices ejus* Hos. 14. v. 6. non à שֹׁרֶשׁ, sed à שָׁרַשׁ, formæ בָּקָר. Sic קְדֻשִׁים *sanctitates*, pro קֳדָשִׁים § 64. Exod. 30. v. 10. אָהֳלִים *tentoria*, ab אֹהֶל Genes. 25. v. 27. Jer. 6. v. 3. cujus singularis exstat לְאָהֳלֶךָ *ad tentorium tuum* Jud. 19. v. 9. Duo hæc בְּהֹנוֹת *pollices* Jud. 1. v. 6. & לְנִגְהוֹת *splendores* Esa. 59. v. 9. descendunt à singularibus בְּהֹנָה & נְגֹהָה.

Verùm in motione, affixione, & flexione dualis, deducto ad incrementum finale accentu, mutatio diversimodè instituitur. Nam I. quæ in penultimâ tzeri vel cholem habent, segol vicariumve patach ultimæ syllabæ (quod ad absolvendam syllabam non amplipliùs sufficit, ob amissam consonam sequentem,) mutant in scheva, & id quiescens, unde longæ

antece-

antecedentes corripiuntur in ֻ oppositas breves § 49. tzeri in chirek breve, vel sub gutturalibus in segol ; cholem ֹ in kametzchatuph vel kibbutz.

אֲבָרָה *ala* Job 39. v. 13. ab אֵבֶר *ala* Psalm. 55. v. 7. אֲבָלָם *luctum ipsorum*, ab אֵבֶל Jer. 13. v. 13. חֶרְמִי *anathematis mei* Esai. 34. v. 5. & בְּחֶרְמִי *in sagenâ suâ*, à חֵרֶם Habak. 1. v. 15. בְּמִצְחוֹ *in fronte ejus*, à מֵצַח 2 Paral. 26. v. 19. חֶפְצוֹ *voluptas ejus*, à חֵפֶץ Psalm 1. v. 2. (at חֹזֶק *robur*, חֵקֶר *investigatio*, חֶשֶׁק *desiderium*, semper chirek breve poscunt : sic etiam אֵשֶׁת *uxor*, unde tamen semel occurrit אִשְׁתְּךָ *uxor tua* Psal. 128. v. 3.) קָדְשִׁי *sanctitatis meæ*, à קֹדֶשׁ Psal. 2. v. 6. גָּדְלוֹ *magnitudinem suam*, à גֹּדֶל Deut. 5. v. 21. vel גָּדְלָה Psalm 150. v. 2. מַשְׂכֻּרְתֵּךְ *merces tua*, à מַשְׂכֹּרֶת Ruth 2. v. 12. כֻּתָּנְתּוֹ *tunicam suam*, à כְּתֹנֶת Genes. 37. v. 23. וְאָזְנַיִם *& aures*, ab אֹזֶן Deut. 29. v. 3. אָהֳלוֹ *tentorium suum*, ab אֹהֶל Gen. 31. v. 25. בְּאָהֳלֶךָ *in tentorio tuo* Psal. 61. v. 5. קָטְנָךְ *exitium tuum*, (si

um, (si ע gutturalium anomaliam sequatur, quale exemplum de ר affertur § 143.) à קִבְרוֹ Hos. 13. v. 14. חֻקָּרוֹ *forma ejus*, à חֻקָּר 1 Sam. 28. v. 14. (at וְחֻקָּרוֹ *& forma ejus* Esa. 52. v. 14. potius est à חֻקָּר § 81. itemque וּפִעֳלָתוֹ *& mercedem ejus*, à פְּעֻלָּה Jerem. 22. v. 13.)

II. Quæ in penultimâ quoque habent segol aut vicarium patach, utramque brevem vertunt in scheva mobile, & horum prius ex § 57. abit in chirek breve.

כִּבְשָׂה *agna*, à כֶּבֶשׂ 2 Sam. 12. v. 3. לִקְחָהּ *doctrina ejus*, à לֶקַח Prov. 7. v. 21. כִּסְאֲךָ *thronus tuus*, à כִּסֵּא pro quo extra affixionem dicitur כִּסְאָ Psalm 89. v. 5. quemadmodum פִּלְאֲךָ *mirabile tuum*, à פֶּלֶא ibid. v. 6. בִּרְכַּיִם *genua*, à בֶּרֶךְ Esa. 66. v. 12.

Si prima fuerit gutturalis, aut media gutturalis vel resch, aut vox literam syllabamve redundantem habeat ab initio, patach adhibetur.

הָעַלְמָה *virgo*, à עֶלֶם *adolescens*, Exod. 2. v. 8. אַבְנוֹ *lapidem suum*, ab אֶבֶן 2 Reg. 3. v. 25. קַרְנַיִם *cornua*, à קֶרֶן Hab. 3. v. 4. מַלַאכְתּוֹ *opus suum*, à מְלָאכֶת Gen. 2. v. 2. מוֹלַדְתִּי *cognationem meam*, à מוֹלֶדֶת Genes. 24. v. 4. at גִּבְרַת *hera*, chirek amat, גִּבְרָתָהּ *heram suam* Gen. 16. v. 4. (Aliena autem dualia sunt, non anomala דַּלְתַּיִם *fores*, à דֶּלֶת inus. Eccles. 12. v. 4. תְּרָבַיִם *bivium*, ab inus. תֶּרֶב Prov. 28. v. 6. & 18. פַּעֲמָיו *pedes suos*, ex פְּעָמִים à פַּעַם Psalm 58. v. 11. הַקְּרָנַיִם *cornua*, à קֶרֶן Dan. 8. v. 6. 7. uti כְּנָפַיִם *ala*, à כָּנָף Exod. 25. v. 20.) Patach quoque postulant alia nonnulla, גֶּפֶן *vitis*, דֶּלֶת *janua*, סַנְאָ *corbis*, עֶלֶר *puer*, כֶּלֶב *canis*, כֶּסֶף *argentum*, מֶלֶךְ *rex*, נֶפֶשׁ *anima*, סֶלַע *petra*, פֶּלֶג *rivus*, צֶלֶם *imago*, צֶלַע *costa*, קֶשֶׁת *arcus*, שָׁוְא *vociferatio*, שֶׁמֶן *oleum*. Pauca sumunt segol, הֶבְלְךָ *vanitas tua*, à הֶבֶל Eccl. 9. v. 9. sic גֶּלֶל *stercus*, חֶלֶד *avum*, נֶכֶד *nepos*, שְׁכֶנֶת *vicina*, חֲבֶרֶת *socia*, & particula נֶגֶד *coram*. A קֶצֶף *spuma*, *ira vehemens*, legitur בְּקֶצְפִּי *in ira mea* Esa. 60. v. 10. & בְּקֶצְפֶּךָ *in ira tua* Psalm. 38. v. 2.

Quoties recedit He paragogicum (quod accentum non deducit,

cit, § 75.) segol ultimum (syllabam non absolvens ob amissam literam sequentem, § 27.) abit in scheva quiescens, antecedente tum brevi, tum etiam longâ vocali.

וְנֶגְבָּה *& meridiem versus*, à נֶגֶב Genes. 13. v. 14. אַרְצָה *versus terram*, mutato segol in patach ad euphoniam, ab אֶרֶץ Genes. 11. v. 31. שַׁעְרָה *versus portam*, à שַׁעַר Esa. 28. v. 6. חֹרְשָׁה *in saltum*, à חֹרֶשׁ 1 Sam. 23. v. 16. à קֹדֶשׁ *Kedesch* dicitur קָדְשָׁה Jud. 4. v. 9. & קֶדְשָׁה ibid. v. 10. & à קֶדֶם *oriens* קִדְמָה Gen. 13. v. 14. At הָאָהֳלָה *versus tentorium*, cum cateph segol, ab אֹהֶל Jud. 4. v. 18. & sic sæpius.

§ 87. Nomina quædam trilitera, quæ penultimam Jod vel Vav mobiles habent, in incremento motum illarum amittunt; & vicissim, quæ penultimam habent Jod vel Vav quiescentes, in incremento iisdem tribuunt motum.

Prioris generis sunt nomina for-

mæ

mæ עִיר & פִּיר, quæ in incremento finali accentum deducente, amittunt vocales suas, (breves ex § 48. longam autem ex § 50.) & loco succedentium schevatum, (quorum prius in vocalem brevem debuisset transire, & posterius quiescere § 57.) assumunt vocales longas, in quibus jod & vav quiescunt: idemque patiuntur in regimine. Illorum quidem Jod quiescit in tzeri, rarius in chirek § 57.

עֵינַיִם *oculi*, à עַיִן Genes. 20. v. 16. זֵיתֶךָ *olivam tuam*, à זַיִת Deut. 24. v. 20. שִׂיחוֹ *veprem ejus*, à שִׂיחַ Esai. 10. v. 17. עִירָהּ *pullum suum*, à עַיִר Genes. 49. v. 11. בֵּית תַּיִן *domus vini*, à בַּיִת Cant. 2. v. 4. (Excipiuntur quæ in plurali Jod mobile servant, & chirek breve in kametz mutant, patach verò in scheva. עֲיָרִים *pulli asini*, à עַיִר Jud. 10. v. 4. וּתְיָשִׁים *& hirci*, à תַּיִשׁ 2 Paral. 17. v. 11. חֲתֻלִים *copiæ*, à חַיִל 1 Reg. 15.

1 Reg. 15. v. 20. עֲיָנֹת *fontes*, à עַיִן Deut. 8. v. 7. unde etiam legitur עֵינֹת מָיִם *fontes aquarum* Exod. 15. v. 27.)

Horum autem Vav quieſcit in cholem.

וְשִׁלְּמָה *& ſumma iniquitas*, à עָוֶל Job 5. v. 16. אוֹנָתְךָ *vanitatis tuæ*, ab אָוֶן Jer. 4. v. 14. מוֹת יְשָׁרִים *mors juſtorum*, à מָוֶת Num. 23. v. 10. (Aſt עַוְלָה *iniquitas*, & עַוְלוֹ *iniquitas ejus*, ſunt à עָוֶל Ezek. 18. v. 26. 2 Sam. 3. v. 34.)

Accedente He paragogico (quod accentum ſuo loco relinquit § 57.) in utrâque formâ prior vocalis manet, & poſterior brevis in ſcheva mobile tranſit, Jod & Vav motum ſuum ſervantibus.

הָעֵינָה *ad fontem*, à עַיִן Geneſ. 24. v. 16. 45. הַבַּיְתָה *in domum*, à בַּיִת ibid. v. 32. הַמָּוְתָה *mors* à מָוֶת Pſal. 116. v. 15.

Poſterioris generis ſunt quædam maſculina formæ פִּיר פִּיר vel פִּיר, jod aut vav ſuum in plurali mo-

ventia, adscito kametz, & antecedente schevate.

עָרִים *urbes*, à עִיר, unde aliàs semper עָרִים dici solet, Jud. 10. v. 4. בְּחֻרִים *& in lebetibus*, à חוּר 2 Par. 35. v. 13. unde & בַּחוּרִים *in sportis* 2 Reg. 10. v. 7. בַּשְׁוָקִים *per plateas*, à שׁוּק Cant. 3. v. 2. שְׁוָרִים *boves*, à שׁוֹר Hos. 12. v. 12. וּבַחֲוָחִים *& in spinetis*, à חוֹחַ 1 Sam. 13. v. 6. unde & הַחוֹחִים *spinæ* Cant. 2. v. 2. Huc refer מְרָנִים *contentiones*, à מָרוֹן Prov. 27. v. 15. & mutato vav in jod, מְרִינֵי אִשָּׁה *contentiones mulieris* Prov. 19. v. 13.

Kimhi in Obad. v. 3. huc refert, sed per metathesin literarum, בְּחַגְוֵי־סֶלַע *in summitatibus petræ*. חַגְוֵי pro חַוְגֵי ex absoluto חוּג à חוּג *circulus*, *rotunditas*, *globus*, aliis est *fissura*, à חָגָה inus.

§ 88. Nomina formæ פְּקָדָה (quorum priores duæ literæ radicales sunt, & mediante vocali brevi unam syllabam faciunt; tertiâ, quæ itidem radicalis, possidente vocalem terminationis fœmininæ:) in

plurali

plurali sub secundam radicalem assumunt Kametz; unde vocalis brevis sub primâ, (quia complementum syllabæ amisit,) abit in scheva.

אִמְרוֹת *sermones*, ab אִמְרָה Psalm 12. v. 8. שִׂמְחוֹת *gaudia*, à שִׂמְחָה Psalm 16. v. 11. עֲלָמוֹת *virgines*, à עַלְמָה Psal. 68. v. 26. לְחֶרְפוֹת *ad opprobria*, à חֶרְפָּה Dan. 12. v. 2. חָרְבוֹת *vastitates*, à חָרְבָּה Ezek. 38. v. 4. הָעֲרְלוֹת *præputiorum*, à עָרְלָה Jos. 5. v. 3. Sed quæ servilem literam habent in principio, nihil mutant. מַחְתּוֹת *thuribulum*, *forceps*, à חָתַת cepit, מִצְוֹת *præceptum*, à צִוָּה præcepit, מִרְמוֹת *fraus*, à רִמָּה decepit.

§ 89. Nomina quædam fœminina utramque terminationem admittunt, tam in ת præcedente gemino segol, quam in ה֫: & hanc quidem in ה֫ frequenter in ـַ statu absoluto, rarissimè in regimine, nunquam in ـַ affixione: illam autem in ת non tantùm in statu ab-

soluto, sed etiam in affixione, ubi semper, & in regimine, ubi freqentissimè adhibetur. Obtinet istud in trisyllabis nominibus, quæ literam heëmanticam cum vocali brevi in principio habent.

אַמְתַּחְתּוֹ non אַמַּתְחָתוֹ & אַמְתַּחַת *saccus*; Gen. 42. v. 27. sic מִלְחָמָה מִלְחַמְתִּי *bellum*, תִּפְאֶרֶת תִּפְאַרְתָּהּ *decus*, מַצֶּבֶת מַצַּבְתּוֹ *statua*, (hinc tamen est מַצֶּבֶת הַבַּעַל *statua Baalis* 2 Reg. 3. v. 2.) מַפֶּלֶת מַפַּלְתָּהּ *casus*. Imitantur hanc rationem tum Nomina quædam alia, עֲרָבָה עֲרָבָתָהּ *arida*, עֲטָרָה עֲטָרָתָהּ *corona*, עֲצָרָה עֲצָרָתָהּ *cohibitio*, בְּהֵמָה בְּהֶמְתּוֹ *bestia*, *jumentum*; (unde etiam est וּלְבְהֵמַת הָאָרֶץ *& bestia agri* Esa. 18. v. 6.) דִּבְלָה דִּבְלָתָהּ *palatha ficuum*, אִשָּׁה אִשְׁתּוֹ *uxor*, *mulier*. tum Participia omnia, exceptis præterito seu Pahul Kal, & verborum imperfectorum quod ad mediam radicalem, vel tertiam He quiescentem, (quia illic schurek perire nequit, istic media, & hîc tertia radicalis periit, ut gemino segol locus dari non possit,) פּוֹקֵדָה פּוֹקְדָה *visitans*, נִפְקָדָה נִפְקְדָה *visitata*, etiam in Hiphil, מַפְקִידָה מַפְקְדָה *visitare faciens*, unde occurrit quidem מַחְכִּימַת פֶּתִי *sapientem reddens simplicem* Psal. 19, v. 8. sed frequentius

quentius in ת exit, מַפְרֶסֶת פַּרְסָה *dividens ungulam* Levit. 11. v. 3. cujus masculinum מַפְרִיס פַּרְסָה ibid. v. 7. מַזְכֶּרֶת עָוֹן *recordari faciens iniquitatis*, Num. 5. v. 15. מַמְאֶרֶת *dolorem faciens* Levit. 13. v. 51. הַמַּחֲצֶבֶת *exscindens* Esai. 51. v. 9. הַמַּחֲנֶקֶת *arefaciens* ibid. v. 10. מַחֲזֶקֶת *apprehendens* Nehem. 4. v. 11. מַשֶּׂגֶת *apprehendens* Levit. 14. v. 21. מֵנֶקֶת *lactens* Exod. 2. v. 7. Ex quiescentibus mediâ Vav occurrit נְפֻצָה *dispersa*, pro נְפוּצָה 2 Sam. 18. v. 8.

§ 90. Numeralia cardinalia, uti generis anomaliam habent § 69. sic quoque in regimine & conjunctione mutuâ proprias leges sequuntur.

Nam sibi invicem, vel rei numeratæ conjuncta, promiscuè ferè formam absolutam servant, vel constructam induunt. שְׁנַיִם חֳדָשִׁים Jud. 11. v. 37. pro quo scribitur שְׁנֵי חֳדָשִׁים *duobus mensibus* ibid. v. 38. Sic שְׁלֹשֶׁת שָׁבֻעִים יָמִים *tres septimas dierum* Dan. 10. v. 2. pro quo exstat שְׁלֹשֶׁת יָמִים ibid. v. 3. שְׁנַיִם עֵצִים *duo ligna* 1 Reg. 17. v. 12. שְׁנֵי־אֲנָשִׁים *duo viri* Exod.

2. v. 13. חֲמִשָּׁה אֲנָשִׁים *quinque viros*, Judic. 18. v. 2. & חֲמֻשִּׁים הָאֲנָשִׁים ibid. v. 7. עֲשֶׂרֶת מִסְפַּר הַדְּבָרִים *decem verba* Deut. 4. v. 13. עֲשֶׂרֶת בָּנָיו *præ decem filiis* 1 Sam. 1. v. 8. promiscuè etiam interdum articulum assumunt, הָאַחַת עֶשְׂרֵה *undecimus* 1 Reg. 6. v. 38. בִּשְׁנֵים הֶעָשָׂר *cum duodecimo* 1 Reg. 19. v. 19. Combinationes quoque differentes faciunt, pro nnmeri numerantis discrimine: A duobus ad decem inclusivè postulant numeratum plurale: ast qui excedunt denarium idem in singulari sibi subjungunt. חֲמֵשׁ שָׁנִים וּמְאַת שָׁנָה *quinque annos & centum annos* Genes. 5. v. 6. שֶׁבַע שָׁנִים וּשְׁמֹנָה מֵאוֹת שָׁנָה *septem & octingenti anni*, ibid. v. 7. שְׁתַּיִם שָׁנָה *duo anni*, ibid. v. 8. תְּשַׁע מֵאוֹת שָׁנָה וְשֶׁשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה 912. *anni*, ibid. v. 8. עֶשֶׂר שָׁנִים וּתְשַׁע מֵאוֹת שָׁנָה 910. *anni*, ibid. v. 14. (Interdum tamen id non observatur, עֶשְׂרִים חֲמִשִּׁים קְרָשִׁים *viginti tabulæ* Exod. 36. v. 23. חֲמִשִּׁים שְׁקָלִים *quinquaginta sicli* Jos. 7. v. 21.) In עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה אֲלָפִים *viginti quatuor millia* 1 Paral. 23. v. 4. בֶּן־עֶשְׂרִים וְחָמֵשׁ שָׁנָה *filius viginti quinque annorum*, & וְעֶשְׂרִים וְתֵשַׁע שָׁנָה *& viginti novem annos* 2 Reg. 14. v. 2. similibusque, quia deversæ indolis numeri conjunguntur, alterutrius rationem habere licuit. Pluralis in עֶשְׂרִים duplum

duplum sui singularis, sive *viginti*; in frequentibus decuplum significat, שְׁלֹשִׁים *triginta*, אַרְבָּעִים *quadraginta*, &c. nec unquam plurales isti regiminis formam accipiunt. Ast pluralis fœmininus à עֶשְׂרָה *decem*, fœmininæ terminationis per distributionem *denarios* notat, וְשָׂרֵי עֲשָׂרֹת *& principes denûm* Exod. 18. v. 25. Dualis in עֶשְׂרֹתַיִם & שִׁבְעָתַיִם non duplum singularis notat, sed ejusdem repetitas vices, *quater* & *septies*. Ordo & usus sic se habet.

Unus.	M.	אֶחָד	const. אַחַד	F.	אַחַת	pro	אַחַדַת
Duo.	M.	שְׁנַיִם	const. שְׁנֵי	F.	שְׁתַּיִם	const.	שְׁתֵּי
Tres	M.	שְׁלֹשָׁה	conſ. שְׁלֹשֶׁת	F.	שָׁלֹשׁ	conſ.	שְׁלֹשׁ
Quatuor.	M.	אַרְבָּעָה	c. אַרְבַּעַת	F.	אַרְבַּע		
Quinque.	M.	חֲמִשָּׁה	c. חֲמֵשֶׁת	F.	חָמֵשׁ	c.	חֲמֵשׁ
Sex.	M.	שִׁשָּׁה	c. שִׁשֶּׁת	F.	שֵׁשׁ		
Septem.	M.	שִׁבְעָה	c. שִׁבְעַת	F.	שֶׁבַע	c.	שִׁבְעַ
Octo.	M.	שְׁמֹנָה	c. שְׁמֹנַת	F.	שְׁמֹנֶה		
Novem.	M.	תִּשְׁעָה	c. תִּשְׁעַת	F.	תֵּשַׁע	c.	תִּשְׁעַ
Decem.	M.	עֲשָׂרָה	c. עֲשֶׂרֶת	F.	עֶשֶׂר		

NB. אַחַד *unus*, etiam absolutum est, dicturque pro eo per aphæresin תַּד Ezek. 33. v. 3. & per apocopen אַת Ezek. 18. v. 10. שְׁלֹשֶׁת *tres*, & שִׁבְעָה *septem* etiam fœmininis aliquando respondent. Pro שִׁבְעָה semel cum nun epenthetico, & accentu in penultima dicitur שִׁבְעָנָה *septem* Job 42. v. 13. שִׁבְעָתָם *septem illi*, est à שִׁבְעַת inusit. 2 Sam. 21. v. 9. *Unde-*

Undecim.	M.	אַחַד עָשָׂר vel עַשְׁתֵּי עָשָׂר	F. אַחַת עֶשְׂרֵה vel עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה
Duodecim.	M.	שְׁנֵים עָשָׂר vel שְׁנֵי עָשָׂר	F. שְׁתֵּי שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה vel עֶשְׂרֵה
Tredecim.	M.	שְׁלֹשָׁה עָשָׂר	F. שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה
Quatuordecim.	M.	אַרְבָּעָה עָשָׂר	F. אַרְבַּע עֶשְׂרֵה
Quindecim.	M.	חֲמִשָּׁה עָשָׂר	F. חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה
Sedecim.	M.	שִׁשָּׁה עָשָׂר	F. שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה
Septendecim.	M.	שִׁבְעָה עָשָׂר	F. שְׁבַע עֶשְׂרֵה
Octodecim.	M.	שְׁמֹנָה עָשָׂר	F. שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה
Novendecim.	M.	תִּשְׁעָה עָשָׂר	F. תֵּשַׁע עֶשְׂרֵה
Viginti.		עֶשְׂרִים com.	
Viginti unus.	M.	אֶחָד וְעֶשְׂרִים	F. אַחַת וְעֶשְׂרִים
Viginti duo.	M.	שְׁנַיִם וְעֶשְׂרִים	F. שְׁתַּיִם וְעֶשְׂרִים
Triginta tres.	M.	שְׁלֹשָׁה וּשְׁלֹשִׁים	F. שְׁלֹשׁ וּשְׁלֹשִׁים
Quadraginta quatuor.	M.	אַרְבָּעָה וְאַרְבָּעִים וְאַרְבָּעִים	F. אַרְבַּע
Quinquaginta quinque.		וַחֲמִשִּׁים { חֲמִשָּׁה m. / חֲמֵשׁ f.	
Sexaginta sex.		וְשִׁשִּׁים { שִׁשָּׁה m. / שֵׁשׁ f.	
Septuaginta septem.		וְשִׁבְעִים { שִׁבְעָה m. / שֶׁבַע f.	
Octoginta octo.		וּשְׁמֹנִים { שְׁמֹנָה m. / שְׁמֹנֶה f.	
Nonaginta novem.		וְתִשְׁעִים { תִּשְׁעָה m. / תֵּשַׁע f.	

Possunt autem hi numeri etiam transponi, ut major

ut major præcedat minorem : שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה *septuaginta septem*, Gen. 4. v. 24.

Centum מֵאָה. *Ducenti* מָאתַיִם. *Trecenti* שְׁלֹשׁ מֵאוֹת. *Quadringenti* אַרְבַּע מֵאוֹת. *Quingenti* חֲמֵשׁ מֵאוֹת. *Sexcenti* שֵׁשׁ מֵאוֹת. *Septingenti* שְׁבַע מֵאוֹת *Octingenti* שְׁמֹנֶה מֵאוֹת. *Nongenti* תְּשַׁע מֵאוֹת. *Mille* אֶלֶף. *Bis mille* אַלְפַּיִם. *Ter mille* שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים, & sic deinceps, additis minoribus numeris genere masculino & formâ constructâ, quemadmodum cum מֵאוֹת junguntur genere fœminino, & formâ constructâ. *Myrias* רִבּוֹא vel רִבּוֹ. *Duæ myriades* רִבּוֹתַיִם vel שְׁתֵּי רִבּוֹא vel שְׁתֵּי רִבּוֹ. *Quatuor myriades* אַרְבַּע רִבּוֹת. *Myriades* רִבּוֹת & רִבְאוֹת.

SECTIO VI. de PARTICULA.

§ 91. *Particula* Hebræis appellatur dictio separata quævis, quæ nec Verbum est, nec Nomen. Nos eodem nomine complectimur Additiones inseparabiles, eandem cæteroquin indolem habentes; & universas distinguimus in Declinabiles & indeclinabiles.

§ 92. *Particulæ Declinabiles* sunt

Pronomina, quæ Genere & Numero variantur, licet modo sibi peculiari ac proprio. Pronomina porrò vel Separata sunt, separatas dictiones constituentia; vel Affixa, quæ nunquam separatim usurpari possunt, sed semper fini aliarum dictionum, quandoque & literarum, adjungi debent & agglutinari.

§ 93. *Separata* Pronomina sunt ista.

1. Personalia.

1. Pers. com. { Sing. אָנִי *ego* Genes. 45. v. 3. vel אָנֹכִי Gen. 43. v. 9. Pl. אֲנַחְנוּ *nos* Gen. 42. v. 11. unde per aphæresin est נַחְנוּ Gen. 42. v. 11. Exod. 16. v. 7. 8. Num. 32. v. 32. Lam. 3. v. 42. semel per syncopen, אֲנוּ Jer. 42. v. 6. cui tamen Masorethæ puncta primæ formæ addiderunt.

2. Pers.

2. Perſ.
- Maſc.
  - Sing. אַתָּה *tu* Geneſ. 3. v. 14. quinquies ſine He אַתְּ Eccleſ. 7. v. 22. uti Maſorethæ notant.
  - Pl. אַתֶּם *vos* Gen. 45. v. 8.
- Fœm.
  - Sing. אַתְּ *tu* Geneſ. 24. v. 23. ſepties אָתִּי Jud. 17. v. 2. 2 Reg. 4. v. 16. 23. &c.
  - Pl. אַתֶּן *vos* Ezek. 34. v. 31. & אַתֶּנָה cum He parag. Gen. 31. v. 6. Ezek. 13. v. 20.

3. Perſ.
- Maſc.
  - Sing. הוּא *ipſe* Gen. 3. v. 15.
  - Pl. הֵם *ipſi* Gen. 44. v. 4. & cum He paragogico ac dages forti הֵמָּה ibid. v. 3.
- Fœm.
  - Sing. הִיא *ipſa* 1 Sam. 1. v. 13.
  - Pl. הֵן *ipſæ* Ezek. 16. v. 47. & cum He parag. ſimilique dages forti הֵנָּה v. 51.

Enallage generis obſervanda venit, tum in 2. perſ. אַתְּ *tu*, quod ter maſculinum eſt, Num. 11. v. 15. Deut. 5. v. 24. & Ezek. 28. v. 14. & אַתֶּם *vos*, quod fœmininum eſt Ezek. 13. v. 20. tum inprimis in 3. perſonis: הֵמָּה fœmininum eſt Cant. 6. v. 8. & Ruth 1. v. 22. & Zach. 5. v. 10. ac contra הֵנָּה maſculinum 2 Sam. 4. v. 6. Jer. 50. v. 5. & הֵן bis maſculinum Ruth 1. v. 13. ut pronomina iſta communis generis olim fuiſſe veriſimile fiat. Huc quoque

quoque pertinet, quod interdum scribitur הִיא pro הוּא 1 Reg. 17. v. 15. & vicissim הוּא pro הִיא Genes. 3. v. 12. (quomodo semper scribitur in Pentateucho, undecim locis exeptis,) literarum אהוי facta permutatione, ex § 3. כִּי־הִוא וְזִמָּה וְהִיא עָוֹן פְּלִילִים: *Nam illud est scelus, & ea est iniquitas judicum*, Job 31. v. 11. הִוא־זֶהִיא *ipsa & ipse* 1 Reg. 17. v. 15.

2. Demonstrativa.

Singularia sunt Masc. זֶה *hic* Genes. 5. v. 29. (pro quo semel גֶּה exstat Ezek. 47. v. 13.) הַלָּזֶה *ille* Gen. 24. v. 65. Fœm. זֹה *hæc* Eccl. 2. v. 2. & זוֹ Hos. 7. v. 16. & זֹאת Deut. 34. v. 4. הַלָּזוֹ *illa* Ezek. 36. v. 35. Com. זוּ *hic*, *ille* Esa. 43. v. 22. & *hæc*, *illa* Psal. 10. v. 2. הַלָּזוּ *ille* Zach. 2. v. 8. & *illa* 2 Reg. 4. v. 25. Pluralia Com. אֵל *illi*, semel 1 Paral. 20. v. 8. & cum articulo הָאֵל octies, Gen. 19. v. 25. cap. 26. v. 3. &c. frequentissimè cum dages forti & He paragog. in fine, præcedente segol אֵלֶּה Gen. 2. v. 4.

3. Relativum.

Utriusque generis & numeri est יֶשׁ *quis*, *quæ*, Psal. 1. v. 1. sæpè genus & numerus determinantur per sequens affixum. יֶשְׁרַהְפִּיצֵנִי *quem disperget eum* Psal. 1. v. 4. Relativam significationem habent interdum זֶה Psal. 104. v. 8. זוּ Psal. 9. v. 16. & זֹה Psal. 132. v. 12.

4. In-

4. Interrogativa.

Communia sunt, tam de Personâ, מִי *quis*, vel *quæ*: מִי־אַתָּה *quis es tu?* Genes. 27. v. 32. מִי־אַתְּ *quæ es tu?* Ruth 3. v. 9. מִי־אֵלֶּה *qui sunt isti?* Gen. 33. v. 5. (Interdum de Re sumitur, מִי שְׁמֶךָ *quod est nomen tuum?* Judic. 13. v. 17. sic Mich. 1. v. 5.) quàm de Re, מָה *quid?* & מֶה *quid?* וּמֶה עֲוֹנֵנוּ וּמֶה חַטָּאתֵנוּ *& quæ iniquitas nostra, & quod peccatum nostrum?* Jer. 16. v. 10. מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ *quæ ratio viri illius?* 2 Reg. 1. v. 7. מָה קוֹל *quæ vox?* 1 Sam. 4. v. 6. 14.

Cæterùm prioris, nempe מָה, Kametz ordinariè resolvitur in patach & dages forte, imprimendum initiali literæ sequentis dictionis, intercedente plerunque Mackaph, מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים *quàm bonum, & quàm amœnum?* Psalm. 133. v. 1. Sed מַה־שְּׁתֵּי *quæ duæ*, sine dages Zach. 4. v. 12. Si initialis indagessabilis sit, vel redit Kametz ad compensationem dages fortis, מָה־אֱנוֹשׁ *quid est homo?* Psalm. 8. v. 5. מָה תִּגְרֶה *quid illa sint?* Esa. 41. v. 22. מָה הִוא־לָהּ *quid ille sibi*, Est. 8. v. 1. vel dages illud implicitè continetur in vocali brevi, ante הִיא, item ante Cheth: מַה־חָיְתָה *quid ipsa?* Psalm. 39. v. 5. מָה חַטָּאתִי *quod est peccatum meum?* Genes. 31. v. 37. vel insuper ante gutturalem kametza-

tam

tam patach transit in segol, ex § 63. num. 5. מָה־חָדַל לוֹ *quid accidit illi*, Exod. 32. v. 1. מָה־תֶּחְדָּל *quàm desinens?* Psal. 39. v. 5. מָה עָשִׂיתִי *quid feci?* 1 Sam. 20. v. 1.

Ante ה articulum sæpius est kametz, מָה הַבִּטָּחוֹן *quæ est fiducia* 2 Reg. 18. v. 19. at patach occurrit מַה־הַמַּעַל *quæ prævaricatio?* Jos. 22. v. 16.

Ante ה & ע scribitur מָה quinque locis exceptis ubi occurrit מָה. Masora 2 Sam. 9. v. 8. & duobus ubi patach est. Masora Genes. 31. v. 32. & 36.

Subinde non tam Interrogativa sunt, quàm Relativa vel Demonstrativa; & tunc ferè postponi solent, אֶת־שׁוֹר מִי לָקַחְתִּי *bovem cujus accipi?* 1 Sam. 12. v. 3. בַּת־מִי אַתְּ *filia cujus es?* Gen. 24. v. 23. לְמִי הַנַּעֲרָה הַזֹּאת *cujus est juvencula hæc?* Ruth 2. v. 5. שָׁמְרוּ־מִי *cavete quisque* 2 Sam. 18. v. 12. וְיֹהִי מָה *& sit quodcunque*, scil. fuerit, ibid. v. 22. 23. וְרָאֵיתִי מָה *& videbo quid*, scil. machinetur tibi 1 Sam. 19. v. 3. וְתָכְמַת־מָה לָהֶם *& sapientia cujus*, scil. rei, *adest ipsis?* Jer. 8. v. 9. מַה־שֶּׁנַּעֲשָׂה *id quod fuit* Eccl. 1. v. 9. *& id quod factum est.* ibid.

Interrogativa de Re componuntur aliquando cum particulis; עַד־מָה vel עַל־מָה *quousque?* vel

vel עַל־מָה *quamobrem?* Etiam kametz resolu-
to, sed id rarissimè, עַל־מַה־שָּׁוְא *ad quid vani-*
tatem, Psal. 89. v. 48. בְּמָה vel בַּמֶּה *in quo?* כַּמָּה
vel כַּמֶּה *quot? tot.* לָמָּה vel לְמָה *quare, ad*
quid? לָמָּה תָמָה לָךְ וְלָמָּה נָפְלוּ פָּנֶיךָ *quare ægrè est*
tibi? & quare concidit facies tua? Genes. 4.
v. 6. לָמָּה־לִי *ad quid mihi* Esai. 1. v. 11. Pro
לָמָּה dicitur לְמָה, quoties sequens dictio ab א,
ה, vel ע incipit, לָמָּה הֲרֵעוֹתָ לְעַבְדֶּךָ וְלָמָּה לֹא־מָצָתִי חֵן
בְּעֵינֶיךָ *quare malo affecisti servum tuum? & qua-*
re non inveni gratiam in oculis tuis? Num. 11.
v. 11. וְלָמָּה יְהוָה *& quare Dominus* Num. 14.
v. 3. Psal. 10. v. 1. & 88. v. 15. Excipiuntur
loca, ubi occurrit לָמָּה ante א 2 Sam. 2. v. 22.
Psalm. 49. v. 6. & ante ה 1 Sam. 28. v. 15.
2 Sam. 14. v. 31. Jerem. 15. v. 18. & vicissim
לָמָּה ante dagessabilem Psalm. 42. v. 10. Psalm.
43. v. 2. denique לָמָּה penacutum & sine dages
Job 7. v. 20.

§ 94. *Affixa* Pronomina sunt hæc.

1. Pers.	Com.	Sing.	ִי & ְנִי	Plur.	נוּ
2. Pers.	Masc.	Sing.	ךָ	Plur.	כֶם
	Fœm.	Sing.	ךְ	Plur.	כֶן
3. Pers.	Masc.	Sing.	וֹ & הוּ	Plur.	ם & הֶם
	&	Sing.	ac Plur.	simul	מוֹ
	Fœm.	Sing.	הּ & ָהּ	Plur.	ן & הֶן

Affixa

Affixa pars sunt pronominum separatorum homogeneorum, eorumque literam vel syllabam exprimunt. Primæ personæ sing. ' & נִי ex אֲנִי *ego*. Pl. נוּ ex אֲנַחְנוּ *nos*. Secundæ personæ Masc. sing. ךָ ex אַתָּה *tu*, pl. כֶם ex אַתֶּם *vos*. Fœm. sing. ךְ ex אַתְּ *tu*. (etiam כִי ex אַתְּ *tu*, לָכִי *tibi* Cant. 2. v. 13.) pl. כֶן ex אַתֶּן *vos*. (pro כֶן scribitur כֶּן cum tzeri, in לָכֶן *vos*, pro לָכֶּן Zach. 11. v. 7.) hoc verò ubique loco ת adhibitum est כ, ad distinctionem ab affor-mantibus præteritorum § 114. quæ ex pronominibus illis desumtæ, sing. m. תָּ, fœm. תְּ: pl. m. תֶּם, f. תֶּן, quia verò ibidem in primâ personâ sing. est תִּי, pro כִי, ex אָנֹכִי, mutato כ in ת, quod aliàs secundæ personæ est; affixa secundæ personæ contrario modo ת in כ mutant, quod in pronomine primæ pers. occurrit, & in affor-mante neglectum est. Tertiæ personæ Masc. sing. וֹ & הוּ ex הוּא *ille*, Pl. ם & הֶם ex הֵם *illi*, (pro הֶם occurrit הֶם cum tzeri & addito He paragogico in אֲלֵיהֶמָּה *superliminaria ipsorum*, pro אֲלֵיהֶם Ezek. 40. v. 16. Fœm. sing. ה & הָ ex הִיא *illa*, Pl. ן & הֶן ex הֵן *illæ*. Pro הֶן legitur הֶן cum tzeri, in פָּתְהֶן *pudendum ipsarum*, Esa. 3. v. 17. quidam tamen codices הֶן istic servant.) Inter affixa tertiæ personæ etiam recensetur מוֹ, quod compositum est ex וֹ sing. & ם pl. masculinis, & utriusque potestatem

tem habet, sing. לָמוֹ *ipsi* Gen. 9. v. 26. 27. Esa. 44. v. 15. coll. cum v. 17. plur. יְבַהֲלֻמוֹ *perterrebit eos* Psal. 2. v. 5. Semel autem ejus loco מוֹ legitur, יְכַסְּמוּ *obtexerunt eos* Exod. 15. v. 5.

Enallage generis in affixis quoque nonnunquam admissa est. Sic כֶּם fœmininum est, אֲבִיכֶם *patris vestri*, pro אֲבִיכֶן Genes. 31. v. 9. Sic Ruth 1. v. 8. 9. 11. 13. Ezek. 13. v. 19. 20. 21. Jer. 9. v. 19. bis. הוּ fœmininum in כָּמֹהוּ *sicut illa* pro כָּמוֹהָ Exod. 11. v. 6. bis, & in מִמֶּנּוּ *præter ipsam* pro מִמֶּנָּה Jud. 11. v. 34. ם fœmininum in שֻׁכָּלָם *quæ omnes*, pro שֻׁכָּלָן Cantic. 4. v. 2. & cap. 6. v. 6. Sic Exod. 2. v. 17. 2 Sam. 20. v. 3. bis. Ezek. 13. v. 20. Ps. 119. v. 152. הֵם fœmininum בֵּהֶם *inter illas* pro בָּהֶן Cant. 4. v. 2. cap. 6. v. 6. Sic Exod. 1. v. 21. Num. 36. v. 6. bis. Job 19. v. 15. 2 Sam. 20. v. 3. Ezek. 23. v. 45. 47. Ezr. 10. v. 3. 44. Zach. 5. v. 9. & cap. 11. v. 5. מוֹ fœmininum in לָמוֹ *ipsis* f. Lam. 4. v. 10. Contra ה aliquoties masculinum est, sed per cholem accedens, אָהֳלֹה *tentorium suum*, pro אָהֳלוֹ Gen. 12. v. 8. cap. 13. v. 3. Sic Gen. 49. v. 11. bis. ן masculinum quoque in לְאַרְבַּעְתָּן *quatuor illis* Ezek. 1. v. 10. bis, & v. 16. 18. pro quo scriptum est לְאַרְבַּעְתָּם v. 8. & in בְּלֶכְתָּן *in eundo ipsos* ibid. v. 9. 12. 17. denique תָּן masculinum est, in רִבְעֵיתָן *quatuor latera ipsorum* Ezek. 1. v. 17. Sic ibid.

v. 18. 24. 25. & cum ה paragogico וְקִיהִיתָנָה *corpora ipsorum* ibid. v. 11.

Porrò distinguuntur Affixa in Asyllaba, quæ ultimâ literâ dictionis, cui affiguntur, indigent, ad inchoandam syllabam, §27. ut sunt ִי primæ, ָ secundæ, ִ & ה item ם & ן tertiæ personæ: & Syllabica, quæ syllabam per se constituunt, ut sunt reliqua, ִי & נִי primæ, ָךְ, ֶם & ֶן, secundæ, הִי & הָ, item הֶם, הֶן & מוֹ tertiæ personæ. Syllabicorum quoque quatuor, ֶם & ֶן, item הֶם & הֶן Gravia aut etiam Constructa appellantur, quia accentum ita semper possident, ut simul gravia sint dictioni, mutationem propemodum eandem poscentia, quæ in regimine sive constructione obtinet: reliqua affixa, sive Syllabica fuerint, sive Asyllaba, dicuntur Levia. Adhæc duo, נִי & הוּ Verbalia à quibusdam nuncupantur, quia posterius rarò, prius nunquam, Nominibus addi solet: Contra הֶם & הֶן Nominalia, quia nunquam Verbis junguntur: reliqua utrisque, tam Verbis, quàm Nominibus agglutinari possunt. Denique quando Nominibus affigenda sunt, affixorum alia soli singulari numero jungi queunt, ut ה, ם & ן; alia soli plurali, ut הָ, הֶם & הֶן; alia utrique numero conveniunt, ut reliqua omnia: attamen priora omnia, præter ה, ex causâ speciali, nonnunquam nomini alterius numeri accedunt, §95.

§95. Con-

§ 95. Conjunctio Affixorum cum aliis dictionibus, non postulat partium componentium conformitatem quoad genus, numerum, aut personam; (nam sic conveniunt Affixa cum Nominibus rei, vel personæ, quibus respondent:) sed manente & affixis, & dictionibus quibus affiguntur, conditione suâ propriâ, postulat punctum aliquod, glutinis instar interveniens, quo mediante Affixa cum dictionibus illis in unum vocabulum coalescunt, quod ab isto officio *Agglutinationis punctum* commodissimè nuncupatur. Affixa autem, hoc modo fini connexa, accentum deducunt; quem puncto Agglutinationis concedunt, siquidem illud vocale sit, neque affixa gravia annectat: aliàs sibimet eum sumunt.

Cæterùm Agglutinationis puncta varia sunt, non solùm diversorum, sed etiam eorundem Affixorum, pro differenti numero Nominum, quibus ea accedunt.

Nominibus quidem Singularibus, (e. g. דָּבָר m. *verbum*, & צָרָה f. *angustia*) additur.

1. Pers. Com.
- Sing. ' per (.) צָרָתִי דְּבָרִי
  Sed solum chirek occurrit sine jod, in גּוֹי *gens mea*, pro גּוֹיִי ne duo jod concurrant Zeph. 2. v. 9.
- Plur. נוּ per (.) צָרָתֵנוּ דְּבָרֵנוּ

At Kametz occurrit in מוֹדַעְתֵּנוּ *familiaris noster* Ruth 3. v. 2. & קִנְיָנֵנוּ *substantia nostra* Job 22. v. 20.

3. Pers.
- Sing.
  - Masc. ךָ per (.) mobile: צָרָתְךָ דְּבָרְךָ
  - Fœm. ךְ per (.) צָרָתֵךְ דְּבָרֵךְ

Interpositum est jod in שְׁלִישְׁתֵּךְ *tertiam partem tui* Ezek. 5. v. 12.

- Plur.
  - M. כֶם
  - F. כֶן

  per (.) mutum: צָרַתְכֶם דְּבָרְכֶם / צָרַתְכֶן דְּבָרְכֶן

Si antecedat vocalis immutabilis, aut aliud scheva quiescens, agglutinationis scheva fit mobile, § 55. בְּקִלְּכֶם *ad vocem vestram* Deuter. 1. v. 45. עַבְדְּכֶם *servus vester* Gen. 18. v. 5.

In voce

In voce וּמַשְׂאֲבֵם & *opus vestrum* Deut. 1. v. 12. scheva quiescens sub gutturali factum est mobile compositum, ex sono præcedentis patach.

3. Pers.
- Sing.
  - M. ו per cholem : צָרָתוֹ דָּבְרוֹ
    Pro ו interdum ה scribitur, non variato puncto agglutinationis, כֻּלֹּה *totus ipse* Jer. 8. v. 6. 10.
  - F. ה per (ָ) צָרָתָהּ דְּבָרָהּ
    Aliquando perit mappik, מִשְׁכְּמָהּ *de humero suo* Job 31. v. 22. מִקְנָהּ *de calamo suo*, ibid.
- Pl.
  - M. ם per (ֶ) צָרָתָם דְּבָרָם
  - F. מו per (ֶ) צָרָתָמוֹ דְּבָרָמוֹ
  - F. ן per (ֶ) צָרָתָן דְּבָרָן

Segol præmisit sibi רֹ֫ו, & He paragogic. accepit in קִרְבָּנָה *medium ipsarum*, Gen. 41. v. 21. bis.

Nominibus autem Pluralibus & Dualibus, (qualia sunt Pluralia, דְּבָרִים m. *verba*, & צָרוֹת f. *angustiæ*, & Duale עֵינַיִם *oculi*,) additur

1. Pers. Com.	Sing.	' per (ֵ) excluso jod multitudinis, ne duo jod concurrant, § 77.	עֵינַי צָרוֹתַי דְּבָרַי
	Pl.	נִי per (ֵ)	עֵינֵינִי צָרוֹתַינִי דְּבָרַינִי
2. P.	Sing. M.	ךָ per (ָ)	עֵינֶיךָ צָרוֹתֶיךָ דְּבָרֶיךָ
	Sing. F.	ךְ per (ַ)	עֵינַיִךְ צָרוֹתַיִךְ דְּבָרֶיךְ
	Plur. M.	כֶם per (ֵ)	עֵינֵיכֶם צָרוֹתֵיכֶם דְּבָרֵיכֶם
	Plur. F.	כֶן per (ֵ)	עֵינֵיכֶן צָרוֹתֵיכֶן דְּבָרֵיכֶן
3. P.	Sing. M.	ו per (ֵ)	עֵינָיו צָרוֹתָיו דְּבָרָיו
	Sing. F.	הּ per (ֵ)	עֵינֶיהָ צָרוֹתֶיהָ דְּבָרֶיהָ
	S. & Pl. M.	מוֹ per (ֵ)	עֵינֵימוֹ צָרוֹתֵימוֹ דְּבָרֵימוֹ
	Pl. M.	הֶם per (ֵ)	עֵינֵיהֶם צָרוֹתֵיהֶם דְּבָרֵיהֶם
	Pl. F.	הֶן per (ֵ)	עֵינֵיהֶן צָרוֹתֵיהֶן דְּבָרֵיהֶן

Pluralia terminata in וֹת, admittunt etiam, sed sine intercedente jod multitudinis, affixa singularium ם & ן per (ֶ) אֲבוֹתָם *patres ipsorum* Exod. 4. v. 5. Sic quoque ךָ per (ֶ) itidem sine jod accessit, in אֲתָיוֹתֶךָ pro אֲתָיוֹתֶיךָ Ezek. 16. v. 52. à plurali אֲתָיוֹת, itemque in לְאֲחוֹתֶךָ *sororibus tuis*, pro אֲחוֹתֶיךָ, à plurali אֲחוֹתִים § 84. Simili modo accesserunt tum ךָ per scheva in מַכּוֹתָךְ *plagas tuas*, pro מַכּוֹתֶיךָ Deut. 28. v. 59. tum ' per chirek in וְעֵדוֹתַי *& testimonia mea* pro עֵדוֹתַי Psal. 132. v. 12.

Nomina in ה־ finita (terminationem istam accedentibus affixis amittentia § 78.) communiter pro ו assumunt הִי verbale per (ֵ) וְאֶל־הִי *& fo-*

& folium ejus, à עָלָה Psal. 1. v. 3. שָׂרְיָהּ *ager ejus*, à שָׂרָה Genes. 23. v. 9. שִׂיוֹ *pecus ejus*, à שִׂיָּה Deut. 22. v. 1. Eadem non solùm ה admittunt, שָׂרְיָהּ *agrum suum*, à שָׂרָה 2 Reg. 8. v. 3. verum etiam aliquando הָ per (ֶ) quod aliàs pluralibus tantùm convenit. מִקְרֶהָ *casus ejus*, à מִקְרֶה Ruth 2. v. 3. מַרְאֵהָ *aspectus ejus*, à מַרְאֶה Lev. 13. v. 4. Imò הֶם pluralium reperitur conjunctum, in אֹפֵיהֶם *pistor ipsorum*, pro אוֹפֶם ab אוֹפֶה Hos. 7. v. 6. nisi sit enallage numeri in constructione יָשֵׁן אֹפֵיהֶם *dormit quivis pistorum ipsorum*, atque sic plurale erit, deficiente Jod multitudinis.

Verbale הִי per (ִ) aliis quoque nominibus interdum connectitur, tum singularibus, וּפִילַגְשִׁהִי *& pellicem ejus* Jud. 19. v. 24. מַשֵּׂאִהִי *jugum ejus* Nah. 1. v. 13. אוֹרִהִי *lux ejus* Job 25. v. 3. tum pluralibus. גִּבּוֹרֶיהִי *fortium ejus* Nah. 2. v. 4. לְרֵעֶהִי *amicis suis* 1 Sam. 30. v. 26. & Job 42. v. 10. וּמַעֲלֹתֶהִי *& gradûs ejus* Ezek. 43. v. 17. tum dualibus, יָדֶיהִי *manûs ejus* Hab. 3. v. 10. וְעֵינֶיהִי *& oculi ejus* Job 24. v. 23.

Pluralium כֶּם semel accessit per chirek, וְהַפּוּצוֹתֵיכֶם *& dispersiones vestræ* Jer. 25. v. 34. vide Kimhium in Lexico.

Pluralium ־ֵן majori adhuc anomaliâ singularibus additum occurrit per scheva, sicut ־ָם & ־ָן gravia. לְבַדָּהֵן *solæ ipsæ* Genes. 21. v. 28. חֶלְבֵּהֶן *adipem ipsarum* Levit. 8. v. 16. 25. פִּתְחֵן *pudendum ipsarum* seu potius per aliam adhuc anomaliam pronominis absoluti pro affixo agglutinari פִּתְחֵן § 94. Esa. 3. v. 17. מִלִּבָּהֵן *ex corde suo* Ezek. 13. v. 17.

Tria hæc אָב *paeer*, אָח *frater*, חָם *socer*, in singulari ante affixa assumunt Jod, (loco tertiæ radicalis He, sic restitutæ ex § 3.) quiescens in Chirek. (Hanc autem formam in regimine semper postulant, אֲבִי כְנָעַן *Pater Canaan* Gen. 9. v. 18. אֲחִי יֶפֶת *frater Iapheti* Genes. 10. v. 21. at semel לְאַב הֲמוֹן גּוֹיִם *in patrem multitudinis gentium* Genes. 17. v. 4. 5.) Affixa autem tunc nudè accedunt illi chirek, amisso agglutinationis suæ puncto, (quia duæ vocales conjungi nequeunt, & prior, chirek longum, qer quiescentem jod potior est & immutabilis constituitur.) אָבִיךָ *pater tuus* 2 Sam. 13. v. 5. אֲחִיכֶם *frater tuus* ibid. v. 7. אֲחִיכֶם *frater vester* Gen. 43. v. 29. חָמִיךָ *socer tuus* Gen. 38. v. 13. אֲבִינוּ *pater noster* Genes. 19. v. 31. Cæterùm pro asyllabis ־ָה, ־ָם & ־ָן, (quia ־ָה cùm servile sit, patach furtivum non admittit § 52. ־ָם & ־ָן autem terminationem pluralem, illud Hebræam, § 71. hoc Aramæam, § 167. exhiberent,) poscunt syllabica ־ָהּ, ־ָהֶם & ־ָהֶן

& הֶן; promiscuè autem adsciscunt י vel ו. חֹתְנוֹ *socerum suum* Gen. 38. v. 25. אֲבִיהֶן *patrem suum* Gen. 19. v. 35. אָחִיו *fratrem suum* Gen. 43. v. 29. & אֲחִיהוּ Jer. 34. v. 9. Cum affixo י vel analogiam sequuntur, vel jod prius amittunt, ad vitandum similium tum literarum, tum vocalium concursum. אֲבִי *pater mi*, pro אָבִי Gen. 22. v. 7. Imitatur eandem rationem per omnia nomen פֶּה *os*, juxta §78. פִּיהוּ Psal. 10. v. 7. פִּיו Psal. 33. v. 6. פִּיהֶם Psal. 22. v. 14. אִמְרֵי־פִי *sermones oris mei* Psal. 19. v. 15. Nomina verò formæ פִּךְ solummodò הֶם & הֶן hoc pacto sibi adjungunt, quamvis etiam ם & ן non adspernentur. פִּרְיָם *fructum ipsorum* Amos 9. v. 14. & פִּרְיֵם 2 Reg. 19. v. 29. פִּרְיָן Jer. 29. v. 5. & פִּרְיֵן ibid. v. 28.

§ 96. *Particulæ Indeclinabiles*, quas etiam simpliciter *Particulas* dicimus, complectuntur Præpositiones, Conjunctiones, Interjectiones, & Adverbia: & distinguuntur similiter in Separatas & Inseparabiles, quas inter etiam duo Pronomina censentur, ob communem cum talibus analogiam.

§ 97. Se-

§ 97. *Separatæ Particulæ* plures sunt. Heic earum potissimum ratio habetur, quæ cum Affixis componi possunt. Istæ autem Particulæ jam Singularis, jam Pluralis aut Dualis numeri nominibus annumerandæ sunt, (quorum more tum ipsæmet mutantur, tum affixa,) affixionemque eorum admittunt.

Singularium instar, אַיֵּה *ubi*, אֶפֶס *præter*, אֵצֶל *apud*, אֵת *cum*, & אֵת accusativi nota, בַּעֲבוּר *propter*, בַּלַּעַד *præter*, בַּעֲבוּר *propter*, הֵן & הִנֵּה *ecce*, זוּלַת *præter*, כָּל *omnis*, לְמַעַן *propter*, מִנֶּגֶד *è regione*, מִן *à, de*, נֶגֶד *coram*, עוֹד *adhuc*, עִם *cum*: ut אֲצִלָּהּ & יֶאֱפֶס *præter me* Esa. 47. v. 10. בֵּינֹתָיו *penes se* Gen. 39. v. 16. כֻּלָּם *omnes ipsi* 1 Reg. 22. v. 28. בַּעֲבוּרֵךְ *propter te* Genes. 12. v. 13. לְמַעֲנִי *propter me* Esa. 43. v. 25.

Pluralium instar, אַחַר *post*, אֶל *ad*, בִּלְעָדֶיךָ *præter*, עַד *usque*, עַל *super*, *propter*; item לִפְנֵי *ante*, & פְּנֵי *propter*, quæ duo extra affixionem semper in formâ constructâ usurpantur, ut אַחֲרָיו *post ipsum* Gen. 18. v. 19.

Dualium

Dualium instar, אַשְׁרֵי *benè*, *beatè*; ut אַשְׁרֶיךָ *benè tibi* Psal. 128. v. 2.

Singularium ac pluralium, אֵין *non est*, בְּעַד *pro*, *per*, *propter*, עוֹד *adhuc*; ut וְאֵינֶנּוּ *& non eris* Ezek. 27. v. 36. אֵינָמוֹ *non sunt* Psal. 73. v. 5. בַּעַדְךָ *pro te* 2 Reg. 4. v. 4. בַּעֲדֵנוּ *propter nos* Amos 9. v. 10. הֲעוֹדֶם *an adhuc ipsi?* Exod. 4. v. 18. עוֹדֵינוּ *adhuc nos*, pro עוֹדֶנּוּ Lam. 4. v. 17. Sed plurales formæ admodum infrequentes sunt.

Singularium dualiumque תַּחַת *sub*, *pro*; ut תַּחְתָּם *pro ipsis* Jos. 5. v. 7. תַּחְתָּי *sub me* Psal. 18. v. 40.

Singularium, pluralium, & dualium, בֵּין *inter*, ut בֵּינִי וּבֵינֶךָ *inter me & te* Gen. 13. v. 8. בֵּינוֹתֵינוּ בֵּינֵינוּ וּבֵינֶךָ *inter nos ambos*, *inter nos & te* Gen. 26. v. 28. בֵּינֵיכֶם וּבֵינוֹ *inter vos & ipsum* Jos. 3. v. 4. ex duali בֵּינַיִם *intermedium* 1 Sam. 17. v. 4.

Quæcunque autem pluralem aut dualem formam induunt, ante affixa jod multitudinis adsciscunt: Quale jod cum præcedaneo tzeri, juxta formam regiminis § 77. semper adest separatis אַשְׁרֵי *benè*, *beatè*, Psalm. 1. v. 1. & בִּלְעָדֵי *præter* Job 34. v. 32. accedit etiam aliquando quatuor sequentibus, וְאַחֲרֵי *& post* Genes. 15. v. 14. אֶלֵי *ad* Job 29. v. 19. עֲדֵי *usque*

que Esa. 26. v. 4. עֲלֵי *super* Job 29. v. 7.

§98. Cum Particulis junguntur aliquando Affixa alia quàm cum Nominibus, alioque modo.

Loco (ִי) assumunt interdum נִי, & quidem vel per (ֶנּ) הִנֵּנִי הִנֵּנִי *ecce me, ecce me*, ab הִנֵּה Esa. 65. v. 1. תַּחְתֵּנִי *sub me*, à תַּחַת 2 Sam. 22. v. 37. 40. & 48. vel per (ֵנ) quiescens, הִנְנִי *ecce me*, ab הֵן 1 Sam. 12. v. 3. מִנִּי *à me*, à מִן Esa. 22. v. 4. & מִנֶּנִּי Job 30. v. 10. & מִמֶּנִּי ibid. v. 1.

Loco וֹ occurrit interdum הוּ per (ֶנּ). וְהִנֵּהוּ *& ecce ipsum*, ab הִנֵּה Jerem. 18. v. 3. & הִנָּם Job 2. v. 6. לְמַעֲנֵהוּ *propter se*, à לְמַעַן Prov. 16. v. 4. מִנֵּהוּ *ab ipso*, à מִן Psal. 68. v. 24. (at מֵהוּ Job 4. v. 12.) אַשְׁרֵהוּ *bene ipsi*, ab אַשְׁרֵי Prov. 29. v. 18.

Loco ם & ן aliquando usurpantur הֵם & הֵן cum אֶת accusativi nota, אֹתָם *ipsos* Genes. 31. v. 55. אוֹתָם Ezek. 23. v. 45. אֹתָן v. 46. אוֹתָן v. 47. sic cum עִם *cum*, עִמָּם *cum ipsis* Jon. 1. v. 3. Estque hoc frequens satis particulis inseparabilibus, בָּהֶם *in illis* Jos. 23. v. 12. & בָּם Jer. 31. v. 8. מֵהֶם *ab illis* Esa. 44. v. 15. & מִנָּהֶם Job 11. v. 20.

Præ-

Præterea Puncta agglutinationis variant, I. נוּ plurale resolvit antecedens tzeri in segol & dages forte, § 64. junctum cum הִנֵּה *ecce* ter, & semper cum מִן *à*; הִנֶּנּוּ *ecce nos*, pro הִנֵּנוּ Num. 14. v. 40. מִמֶּנּוּ *à nobis* Psal. 2. v. 3. II. idem נוּ plurale per (ֹ) jungitur quatuor istis, אֵת *cum*, & אֶת notæ accusativi, כֹּל *omnis* & עִם *cum*, ut אִתָּנוּ *nobiscum*, 2 Sam. 13. v. 26. אוֹתָנוּ *nos* Deut. 1. v. 22. עִמָּנוּ *nobiscum* Jud. 6. v. 13. כֻּלָּנוּ *nos omnes* Genes. 42. v. 11. at soli הֵן *ecce*, per scheva quiescens, הִנֶּנוּ *ecce nos* 2 Sam. 5. v. 1. III. ךָ fœm. annectitur similiter per (ֹ) hisce sex, אֵת *cum*, אֶת notæ accusativi, הִנֵּה *ecce*, עֵן *à*, עוֹד *adhuc*, & עִם *cum*: הִנֵּךְ *ecce te* Gen. 16. v. 11. עוֹדְךָ *adhuc tu* 1 Reg. 1. v. 14. (Legitur tamen מִמְּךָ *à te* Genes. 30. v. 2. Jerem. 6. v. 8. Ezek. 23. v. 27. מֵאִתָּךְ *à tecum* Esa. 54. v. 10.) IV. affixum grave quodcunque per (ֹ) coalescit cum præpositione עִם *cum*: עִמָּכֶם *vobiscum* Ruth 2. v. 4. עִמָּהֶם *cum ipsis* Num. 22. v. 12.

§ 99. Particulæ quædam, quoties ultima litera propter punctum agglutinationis syllabam ordiri debet, § 27. vocalem brevem ante-

antecedentem, ad complementum temporis deficientis, mutant in oppositam longam.

Faciunt istud sequentes, אֶל *ad*, עַד *usque* עַל *super*, בִּגְלַל *propter*, בְּלַעַר *præter*, זוּלַת *præter*, לְעֻמַּת *è regione*: ut אֵלַי *ad me* Psal. 2. v. 7. עָלַיִךְ *super te* Psalm. 31. v. 14. וְעָדַיִךְ & *ad te* Mich. 7. v. 12. אֵלָיו *ad ipsum* 2 Sam. 12. v. 23. בִּגְלָלֵךְ *propter te* Genes. 12. v. 13. בִּלְעָדַי *præter me* Gen. 41. v. 16. זוּלָתֵךְ *præter te* Esa. 64. v. 3. לְעֻמָּתָם *è regione ipsorum*, Ezek. 1. v. 20. (At in עֲדֵנָה *hucusque* Eccl. 4. v. 2. & per apocopen עַד v. 3. non affixum accessit, sed integrum pronomen ingressum est compositionem, pro עַד־הֵנָּה *usque huc* 1 Sam. 7. v. 12. hinc variata fuit vocalis mutatio. In וְעַדֵיכֶם & *usque ad vos* Job 32. v. 12. anomalôs kametz factum est immutabile.)

Aliæ eam prorsus tollunt, succedente schevate, אַחֲרֶיךָ *post te*, ab אַחַר Hos. 5. v. 8. בַּעֲדוֹ *pro ipso*, à בַּעַד Gen. 7. v. 16.

§ 100. Propriam sibi habent formationis rationem sequentes Particulæ.

אֵיפֹה *ubi*,

אַיֵּה *ubi*, & הֵנָּה (semel תֵּנָּה Gen. 19. v. 2.) *ecce*, ante affixa He amittunt cum antecedente vocali, ut §78. אַיְ *ubi ille?* 2 Reg. 19. v. 13. אַיֵּם *ubi illi?* Esa. 19. v. 12. הִנְּכָה *ecce te* 2 Reg. 7. v. 2. הִנְנִי *ecce ipsum* Job 2. v. 6. הִנֵּם *ecce ipsi* 1 Sam. 12. v. 2. Aſt הִנֵּנִי *ecce me*, & הִנֵּנוּ *ecce nos*, non ab תֵּנָּה, ſed ab הֵן deſcendunt. Niſi תֵּנָּה ſit ab תֵּן cum he paragogico antecedente tzeri § 151. & euphonico dages, cum affixis quoque dages habens: ſic אַיֵּה cum ſimili He paragogico, ab אַי ad formam בַּי § 87. cum affixis ſumit etiam dages, aſt in regimine eſt אַיְ, unde אַיְ הֶבֶל *ubi Hebel?* Geneſ. 4. v. 9. אַיָּה *ubi ille?* Eſa. 50. v. 1.

אַיִן (ſemel וְאֵין 1 Sam. 21. v. 9. & bis אֵי 1 Sam. 4. v. 21. & Job 22. v. 30.) particula negativa, ſemper connotat verbum ſubſtantivum, *non eſt*: (unde verbo finiti temporis jungi nequit: eoque ellipſis eſt relativi Jer. 38. v. 5. כִּי־אֵין הַמֶּלֶךְ יוּכַל אֶתְכֶם דָּבָר *nam non eſt Rex, qui poſſit vobiſcum quicquam.* Junctum tamen occurrit cum particula שׁ quæ verbi ſubſtantivi vim habet; אֵין־שֶׁרְיוּחַ בְּפִיהֶם *non eſt ſpiritus in ore ipſorum* Pſalm 135. v. 17.) In affixione & conſtructione ſequitur nomina formæ אַיִד § 86. אֵינְךָ *non es* Exod. 8. v. 17. וְאֵינְךָ *& non eris* Ezek. 26. v. 21. וְאֵינֵמוֹ *& non ſint* Pſal. 59. v. 14.

v. 14. אֵינָם *non sunt* Psal. 104. v. 35. וְאֵין רוֹאֶה וְאֵין יוֹדֵעַ וְאֵין מַקְשִׁיב *neque erat videns, nec cognoscens, nec evigilans* 1 Sam. 26. v. 12. Cum præfixo מ fit adverbium loci interrogativum, מֵאַיִן *unde?* Gen. 29. v. 4. Aliquando nomen est, אַיִן *nihil.*

אֵת nota accusativi, cum affixis sumit Cholem loco tzeri, אֹתָהּ *te* Num. 22. v. 33. וְאֹתָהּ *& illam*, ibid. אֹתוֹ *illud*, ibid. v. 35. cum gravibus idem aliquando fit, אוֹתְכֶם *vos* Jos. 23. v. 15. crebrius tamen primum punctum retinetur, ex analogiâ mutandum, אֶתְכֶם *vos* Num. 22. v. 8. אֶתְהֶם *ipsos* Gen. 31. v. 55. vel 32. v. 1.

אֶת *cum*, in affixione resolvit tzeri in oppositam brevem & dages forte, אִתּוֹ *cum ipso* Gen. 7. v. 7. אִתְּכֶם *vobiscum* Hagg. 2. v. 4. 5. Interdum & hîc alterius אֶת punctatio obtinet, מֵאוֹתִי *à mecum* Esa. 54 v. 15. אוֹתוֹ *cum ipso* 2 Reg. 1. v. 15. cap. 3. v. 12. & 26.

בֵּין *inter*, nominis instar format ex se dualem, אִישׁ־הַבְּתָרִים *vir inter utramque partem* 1 Sam. 17. v. 4. & pluralem, אֶל־בֵּינוֹת לַגַּלְגַּל *ad inter medios orbes* Ezek. 10. v. 2. כִּבְנוֹת לְבָרְבִים *ab inter Cherubim*, ibid. & hisce formis promiscuè affixa addit, בֵּינֹתֵינוּ בֵּינֵינוּ וּבֵינֶךָ *inter utrosque nos*,

que nos, *inter nos & inter te* Genes. 26. v. 28. בֵּינֵיכֶם *inter eos ambos* Gen. 42. v. 23. בֵּינֵינוּ *inter vos & ipsum* Jos. 3. v. 4. Similiter לְעֻמַּת *è regione*, ex se pluralem formare vulgò creditur, לְעֻמּוֹת *è regione* Ezek. 45. v. 7. sed potiùs est particula synonyma alius terminationis, quia ת radicale est, non servile.

בִּלְתִּי *præter*, nunquam separatim occurrit; sed vel cohæret affixis, בִּלְתִּי *præter me* Esa. 10. v. 4. בִּלְתֶּךָ *præter te* 1 Sam. 2. v. 2. vel jod paragogicum adsciscit בִּלְתִּי אִם *nisi*, *præter* Gen. 47. v. 18. לִבְלְתִּי נָגְעֶךָ *absque tangere te* Ruth. 2. v. 9. Simile jod paragogicum amat זוּלָתִי *præter* 2 Reg. 24. v. 14. unde est זוּלָתִי כָּלֵב *præter Calebum* Deut. 1. v. 36. Sic quoque בִּלְעֲדֵי *præter*, nunquam usurpatur solùm, nisi sub formâ regiminis pluralis, בִּלְעָדַי Iob. 34. v. 32. & cum patach sub ב quoties mem præfigitur מִבַּלְעָדַי 2 Sam. 22. v. 32.

מִן & cum jod paragogico מִנִּי Iudic. 5. v. 14. *à*, *de*, *ex*, *præ*, affixa syllabica sibi jungens possidet chirek breve vel segol, Nun etiam interdum dagessat, מִנֶּהוּ *ab ipso* Iob. 4. v. 12. מִנֶּחוּ Psalm 68. v. 24. מִנָּהֶם *ab ipsis* Iob. 11. v. 20. מִנִּי *à me*, pro מִנֶּנִּי Esa. 22. v. 4. מֶנִּי Iob. 30. v. 10. Sed longè frequentius מִן geminatur, pereunte utroque Nun, & priore semper

in sequenti Mem, posteriore nunquam compensato, unde etiam chirek breve posterioris perit, locumque facit puncto agglutinationis, מִמְּךָ *ex te* Gen. 17. v. 6. מִמֶּנּוּ *ex nobis*, (pro quo olim dixerunt Tiberienses מִמֶּנִּי) §98. Genes. 3. v. 22. At מִמֶּנִּי *à me*, מִמֶּנּוּ *ab ipso*, מִמֶּנָּה *ab ipsâ*, per epenthesin formantur ex §150.

§ 101. *Inseparabiles Particulæ* sunt literæ consignificativæ, initio dictionum coalescentes, (unde *Præfixa* nominantur.) octo numero; quæ hoc memoriali comprehenduntur. מִשָּׁהוְכַלְבּ.

Horum Præfixorum tria priora sic particularum separatarum partes sunt, ut in iis vocalem possideant; unde ut plurimùm per vocalem brevem & dages forte, initiali literæ dictionis cui præfiguntur impressum, accedunt: reliqua quatuor, unà cum He altero, quod Interrogativum est, sive partes sint separatarum particularum, sive non, vocalem propriam non habent, & idcircò notam absentis vocalis, scheva videlicet, possident; quod servilium literarum, initio vocabuli junctarum, punctum est ordinarium.

§ 102.

§ 102. מ ex מן ortum ducit, cujus significatus quoque obtinet. Præfigitur per chirek breve, rarò patach, & dages forte.

מִמְּלֹךְ *à regnando* 1 Sam. 8. v. 7. מִכַּהֵן *à sacerdotio fungendo* Hos. 4. v. 6. מִיָּמִים *à diebus*, Judic. 21. v. 19. מִצָּפוֹנָה *à septentrione*, ibid. וּמִנֶּגֶב *& à meridie*, ibid. לְמֵרֹאשׁוֹנָה *inde ab initio* 1 Paral. 15. v. 13.

Ante gutturales dages compensatur productione vocalis brevis in oppositam longam, § 60.

מֵרֹב *ex multitudine* 1 Sam. 1. v. 16. מֵיְהוָה *à Domino*, ibid. v. 20. מֵעָפָר *de pulvere* 1 Sam. 2. v. 8. (at ante חוּט *filum*, & חוּץ *foris*, dages implicitè continetur in chirek brevi, מִחוּט Gen. 14. v. 23. מִחוּץ Gen. 19. v. 16. Similiter chirek legi debet in מֵעִצְּבֵךָ וּמֵרִגְזֶךָ *à dolore tuo & à commotione tuâ* Esa. 14. v. 3. juxta editionem Athiæ: Kimhi in posteriore chirek esse scribit; vulgò utrobique tzeri est.)

Quandoque dages ex literâ schevatâ excidit.

מִבְצִיר *præ vindemiâ* Iud. 8. v. 2. מִיִּרְדֹּף *à persequendo* 1 Sam. 24. v. 28.

Interdum præfigitur per scheva, sed solis schevatis, unde ejus scheva in vocalem brevem abit. Estque hoc ferè perpetuum cum jod schevato.

מִיְּגוֹנָם *à dolore ipsorum* Ierem. 31. v. 13.

וּמִיְּגִיעוֹ *& à labore suo* Nehem. 5. v. 13. מִיְּמֵי רָע *à diebus mali* Psal. 94. v. 13. (legitur tamen מִיְּשֵׁנֵי *ex dormientibus* Dan. 12. v. 2. מִיְּרֻשָּׁתֵךְ *de hæreditate tuâ* 2 Paral. 20. v. 11.)

Cum aliis minus frequens: מֵהְיוֹת *ab esse* Ruth 1. v. 12. מִקְצֵה הָאָרֶץ *ab extremo terræ*, Deut. 28. v. 64. & sic ubique cum hac voce, מִקְצֵיהֶם *de extremo ipsorum* Ezek. 33. v. 2. מִלְאֹם *præ natione* Geneſ. 25. v. 23. מִגְבוּרָתָם *de potentiâ suâ* Ezek. 32. v. 30. מֵחֶמְאוֹת *præ butyraceis* Psalm 55. v. 22.

Occurrit etiam schevatum nullo schevate sequente.

מִרַּאֲשֹׁתָיו *à cervicalibus ejus* Geneſ. 28. v. 11. & 17. 1 Sam. 19. v. 13. 16. cap. 26. v. 7. 11. 1 Reg.

1 Reg. 19. v. 6. pro quo dicitur מְרַאֲשֹׁתַי 1 Sam. 26. v. 12.

§ 103. ש ex אֲשֶׁר relativi pronominis aut conjunctionis potestatem habet. Præfigitur per segol, interdum patach, & dages forte.

עַד שֶׁתַּחְפֹּץ *usque quo voluerit* Cantic. 2. v. 7. שֶׁיָּרַד *quod descendit* Psal. 133. v. 2. שֶׁיְּשֻׁלַּם־לָךְ *qui rependet tibi* Psalm. 137. v. 8. שֶׁכָּכָה *cui sic* Psalm. 144. v. 15. עַד שֶׁקַּמְתִּי *usque dum surrexi* Judic. 5. v. 7. בְּשֶׁגַּם *in eo quod etiam* Gen. 6. v. 3. שֶׁלָּמָּה *ut quare* Cant. 1. v. 8.

Ante indagessabiles dages implicitè continetur in segol.

שֶׁהָיָה לָנוּ *qui fuit nobis*, à nostri partibus, Psal. 124. v. 1. 2. שֶׁעָבַרְתִּי *quod transivi* Cant. 3. v. 4. שֶׁאָהֲבָה *quem diligit*, ibid. שֶׁיְּהוָה *cui Dominus* Psal. 144. v. 15.

At compensatur producto patach in Kametz.

שֶׁאַתָּה *quod tu* Jud. 6. v. 17. Et per scheva præfixum est in שֶׁהוּא *quod ipse* Eccl. 2. v. 22. & שֶׁהֵם־ *quod ipsi* cap. 3. v. 18. pro quo legitur שֶׁהֵם Lam. 4. v. 9.

§ 104. ה articulus ex הוּא *ipse*, præfigitur per patach sequente ֫ dages forti. הַקָּדוֹשׁ *sanctus* 1 Sam. 6. v. 20. הַיָּמִים *dies* 1 Sam. 7. v. 2. Dages autem ֫ istud ex schevatis literis interdum excidit § 61.

Ut sunt I. Mem participiale, הַמְלַמֵּד *docens* Psal. 144. v. 1. הַמְבַשְּׂרוֹת *euangelizantes* Psalm 68. v. 12. (mansit tamen dages in הַמְשֻׁגָּע *insanus* 2 Reg. 9. v. 11. הַמְעֻנָּה *delicata* Jerem. 6. v. 2. הַמְנָאֲפֶת *adultera* Ezek. 16. v. 32. הַמְבַשְּׁלִים *coqui* Ezek. 46. v. 24.) II. Jod, non sequente ה, ח, vel ע, הַיְשׁוּעָה *salus* Psalm. 3. v. 9. וְהַיְלָדִים & *pueri* Esa. 8. v. 18. הַיְאֹר *rivus* Exod. 7. v. 18. כַּיְאֹר *sicut rivus* Amos 9. v. 5. pro quo legitur eliso jod, & contractis patach & scheva in kametz כָּאֹר Amos 8. v. 8. הַיְהוּדִים *Iudæi* Esth. 3. v. 6. הַיְשֻׁפִים *fessi* Jud. 8. v. 15. הַיְעֵלִים *rupicapræ* 1 Sam. 24. v. 3. (at כַּיְעֵנִים *sicut ululæ* Lam. 4. v. 3.) III. Lamed in לְוִיִּם *Levita*, semper. הַלְוִיִּם Num. 3. v. 12. IV. Tzade in צְפַרְדֵּעַ *rana*, הַצְפַרְדְּעִים Exod. 7. v. 29. (excepto unico הַצְפַרְדֵּעַ Exod. 8. v. 2.)

Idem

Idem Dages ante indageſſabiles perit diverſimodè, ex § 60. Compenſatur quidem productione vocalis brevis patach in oppoſitam longam Kametz ante Reſch & Aleph ſemper.

הָרְוָחָה *reſpiratio* Exod. 8. v. 11. הָאִישׁ *vir* Pſalm. 1. v. 1. (חֶשְׁפּוֹתָו *ſterquilinii* Nehem. 3. v. 13. per ſyncopen ſcribitur, pro הָאַשְׁפּוֹת ibid. v. 14.)

Ante Ajin non Kametzatum ordinariè.

הָעֹלָה *holocauſtum* Gen. 22. v. 6. הָעַלְמָה *virgo* Geneſ. 24. v. 34. הָעִבְרִים *Hebræi* Gen. 43. v. 32. הָעֳמָרִים *manipuli* Ruth 2. v. 15. Ante הֵם & הֵן pronomina, בַּיָּמִים הָהֵם *in diebus illis.* Jud. 21. v. 25.

Implicitè autem continetur in patach ante He & Cheth.

הַהֹלֵךְ *ambulans* Geneſ. 2. v. 14. הַחַיָּה *animal* Gen. 8. v. 1. וְהַחֵמָר *bitumenque* Gen. 11. v. 3. בַּיּוֹם הַהוּא *illo die* Geneſ. 15. v. 18. Ante Ajin

quandoque. מַעֲרִכִים *disponentes* Esa. 65. v. 11. הַעֹזְבֵת *deserens* Prov. 2. v. 17. & cum עִוֵּר *cæcus*, semper. (attamen occurrit חָתֵי *vivens* Gen. 6. v. 19. וְהַחֲרִיטִים: *& aciaria* Esa. 3. v. 22. וְהַחַמָּנִים: *solaresque statuæ* Esai. 17. v. 8. & semel הַעִוֵּר *cæcus* Deut. 28. v. 29.)

Si gutturales He, Cheth, vel Ajin, rarius Aleph, fuerint Kametzatæ, nec dictiones monosyllabæ, pro patach segol est cum implicito dages, ex § 63. num. 5.

הַחֲרוּם: *subversus* 1 Reg. 18. v. 30. חֲכָמֵי *sapiens* Eccles. 2. v. 14. הֶעָרִים *urbes* 1 Sam. 7. v. 14. הָאֹמֵר *qui diceris* Mich. 2. v. 7. הָהָר *mons* Exod. 3. v. 12. הָעָם: *populus* Genes. 14. v. 16.

Cheth idem postulat, quando kametzatum est in monosyllabis, aut quando aliàs habet chatephkametz.

חַי *vivus* 1 Reg. 3. v. 22. 23. חֳרָבוֹת: *vastitates* Ezek. 36. v. 35. (anomalum est הָהָרָה *versus*

versus montem Genes. 12. v. 8. & sic semper, quasi monosyllabum esset, sine He paragogico. Ast regulariter formantur הָעַיִן *fons* Genes. 24. v. 29. 30. *oculus* Num. 24. v. 3. item הָעֶרֶב *vespera* Esr. 9. v. 4. & sæpissimè: quia Kametz sub He articulo tempore prius est ob gutturalem sequentem, הָעַיִן, הָעֶרֶב, cujus vocalis brevis deinde transiit in longam, vi accentûs pausantis § 160. verùm in הַחֲדָרָה *in conclave* Jud. 15. v. 1. & בְּחֶרֶב *in gladio* Lam. 2. v. 21. & similibus, patach mansit sub He articulo, הַחֲדָרָה, בְּחֶרֶב, adeóque segol in kametz producto per accentum pausantem § 160. debuit in segol mutari § 63. num. 5. וַאֲשֶׁר לַחֶרֶב לְחֶרֶב: *& qui ad gladium, ad gladium.* Jer. 43. v. 11.)

Cæterùm Significatio præfixi He occurrit diversa. Est enim I. Demonstrativum, quod habet vim demonstrandi seu determinandi, אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ: *hos cœlos, & hanc terram* Genes. 1. v. 1. וְהָאָרֶץ *& hæc terra*, ibid. v. 2. Quocirca ante Nomina aliter determinata, vel ex se, vel vi constructionis aut compositionis, non usurpatur: cujusmodi sunt Propria, (quæ Locorum sunt, appellativis accensentur,) constructa, & cum affixis composita. Anomalum tamen non est גֹּרֶן הָאָרְוָנָה הַיְבוּסִי *area Araunæ Iebusitæ* 2 Sam. 24. v. 16. cùm אָרְוָנָה non proprium, sed gentis familiæve nomen sit, pro הָאָרְוָנִי *A-*

הָאַרְוָנִי *Aravnitæ* : planè ut חֲצִי שֵׁבֶט הַמְנַשֶּׁה *mediæ tribui Manassis* Deut. 3. v. 13. pro חֲצִי הַמְנַשִּׁי *Manassitarum* Deut. 29. v. 7. sic אֶרֶץ הַמְגוֹג *terra Magogitarum* Ezek. 38. v. 2. בְּקִרְיַת הָאַרְבַּע *in urbe Arbaitarum* Neh. 11. v. 25. Gen. 35. v. 27. similiaque alia, ubi proprium nomen in gentile appellativum degeneravit. Anomalam quoque formationem non habent quando He tale quorundam nominum propriorum partem facit, לְהַקּוֹץ *Hakkotzo* 1 Chr. 24. v. 10. לְהַפֻּצֵּץ *Happitzetzo* ibid. v. 15. בְּנֵי־הַסּוֹפֶרֶת *filii Hassophereth* Ezr. 2. v. 55. וְאֶת־הָאַרְיֵה *& cum Haarje* 2 Reg. 15. v. 25. Ast anomala sunt, quæ, constructa licet, He demonstrativum adsciscunt : הַתּוֹעֲבוֹת הַגּוֹיִם *abominationes gentium* 1 Reg. 14. v. 24. הַמִּזְבֵּחַ הַנְּחֹשֶׁת *altare æris* 2 Reg. 16. v. 14. הַמִּסְגְּרוֹת הַמְּכֹנוֹת *clausuræ basium* v. 17. לְכֹל הַשְּׁאֵרִית הַנִּשְׁאָרִים *omni residuo relictorum* Jer. 8. v. 3. אֶת־הַכְּתֹנֶת שֵׁשׁ *tunicas byssi* Exod. 39. v. 27. הַמַּמְלָכוֹת הָאָרֶץ *regna terræ* Jer. 25. v. 26. אֶל־הַלִּשְׁכוֹת הַקֹּדֶשׁ *ad conclavia sanctitatis* Ezek. 46. v. 19. Alia autem non constructa, supplementum ellipsis postulant. הָאָרוֹן הַבְּרִית *arca fœderis*, pro הָאָרוֹן אֲרוֹן הַבְּרִית *arca*, *arca*

arca fœderis Jos. 3. v. 14. (quomodo legitur לְעֹלוֹת הַבֹּקֶר וְהָעֶרֶב *ad holocausta, ad holocausta matutina & vespertina* 2 Par. 31. v. 3.) אֶת־הָעָם יִשְׂרָאֵל *populum* (populum) *Israël* Jos. 8. v. 33. sic etiam 1 Reg. 16. v. 21. Ezek. 45. v. 16. אֶת־כּוֹס הַיַּיִן הַחֵמָה *poculum vini* (vini) *excandescentiæ* Jer. 25. v. 15. הַשַּׂר הַמְשֹׁרְרִים *princeps* (princeps) *elevationis*, (elevationis) *cantorum* 1 Par. 15. v. 27. וְהַנְּבוּאָה עִדֵּד הַנָּבִיא *& prophetiam* (prophetiam) *Odedi prophetæ* 2 Paral. 15. v. 8. אֶל־הַבּוֹר מַלְכִּיָּהוּ *in fossam*, (fossam) *Malchiæ* Jerem. 38. v. 6. וַיֵּלֶךְ הַנַּעַר הַנָּבִיא *& abiit minister, minister prophetæ*; aut ætas respiciatur, per appositionem citra anomaliam, *Et abiit adolescens, adolescens ille propheta*, 2 Reg. 9. v. 4. In וְעֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע *& arbor scientiæ boni & mali* Genes. 2. v. 9. tres posteriores dictiones pro unâ sumuntur, ceu absolventes descriptionem arboris illius, & hinc primæ non incommodè præfixum est He demonstrativum. Sic in דֶּרֶךְ הַשֹּׁכְנִי בָאֳהָלִים *viâ habitantium in tentoriis* Judic. 8. v. 11. secunda & tertia vox pro una accipiuntur, quamvis inter se per regimen cohæreant. Sic quoque fit in וַיַּחֲנוּ עַל־הָאֶבֶן הָעֵזֶר *& castrametati sunt juxta Eben haëzer* 1 Sam. 4. v. 1. nomen loci ex duobus constat vocabulis, per constructionem

ctionem conjunctis, & isti articulus præponitur. Anomala item sunt, quæ affixa accepêre, & simul He istud, בְּתוֹךְ תֵּאָהֲלִי *in medio tenterii mei* Jos. 7. v. 21. וְתֹכָהּ *& medium ejus* Jos. 8. v. 33. כָּל־הָהָרוֹתֶיהָ *omnes gravidas ejus* 2 Reg. 15. v. 16. מִכְסַת הֶעֱרֵכְךָ *summa æstimationis tuæ* Lev. 27. v. 23. לְמֻאָהֲבָי *ad amicos meos* Lam. 1. v. 19. בָּעֲרִינוּ *in civitatibus nostris* (excluso ה ex § 106.) Ezr. 10. v. 14. כַּנִּבְרָתָהּ *sicut hera sua*, simili syncope, Esai. 24. v. 2. At הַדְּבָרוֹ *ductus ejus* Mich. 2. v. 12. non demonstrativum, sed heemanticum He habet, ut in הַדְּבָרִי *duces* Dan. 3. v. 27.

II. Relativum, quomodo jungitur interdum verbis, הַהָלְכוּא *qui iverunt* Jos. 10. v. 24. הַנּוֹלַד־לוֹ *qui natus fuit ipsi* Gen. 21. v. 3. הַיִּלְדוֹ *qui natus est*, cum kametz ob pausam, pro לֹד Judic. 13. v. 8. הַהֵרִימוּ *quam obtulerunt* Ezr. 8. v. 25. הַהְשִׁיב *qui habitare fecit* cap. 10. v. 14. הַהְשִׁיבוּ *qui habitare fecerunt* v. 17. בֶּן־הַנֵּכָר הַנִּלְוָה *filius peregrini, qui adhæsit.* Esai. 56. v. 3. הַנִּמְצְאוּ־פֹה *qui inventi sunt hîc* 1 Paral. 29. v. 17. בַּהֲכִינוֹ *in* (loco scil.) *quem paravit* 2 Paral. 1. v. 4. Participiis activis ordinariè, הַסֹּלֵחַ *qui condonat* Psal. 103. v. 3. הָרֹפֵא *qui sanat*, ibid. הַגּוֹאֵל *qui*

הַגּוֹאֵל *qui redimit* ibid. v. 4. etiam affixa habentibus, מְחַגְּרֵנִי *qui cingit me* Pſal. 18. v. 33. הַמַּעֲלֶךָ *qui adſcendere fecit te* Pſalm. 81. v. 11. עַד־הַמַּכֵּהוּ *uſque ad* (illum ſcil.) *qui percuſſit eum* Eſa. 9. v. 12. וְהַפּוֹדֵךְ *& qui redemit te* Deut. 13. v. 6. Particulis, וְהָעֶלְיָה *& id quod ſupra eam eſt* 1 Sam. 9. v. 24.

III. Vocandi, מַה־לְּךָ הַיָּם *qui tibi, ô mare* Pſal. 114. v. 5. תִּסַּב הַיַּרְדֵּן *ô Iordan*, ibid. הָהָרִים *ô montes*, ibid. v. 6. בּוֹאִי הָרוּחַ *veni, ô ſpiritus* Ezek. 37. v. 9. הַבַּעַל עֲנֵנוּ *ô Baal, reſponde nobis* 1 Reg. 18. v. 26. & ſic voci conſtructæ rectè præponitur. הַצְבִי יִשְׂרָאֵל *ô decus Iſraëlis* 2 Sam. 1. v. 19. בַּת יְרוּשָׁלָיִם *ô filia Hieroſolymorum* Lam. 2. v. 13.

IV. Locale, motum ad locum deſignans, הָרָמָתָה *Ramam verſus* 1 Sam. 7. v. 17. הַפְּלִשְׁתִּים *verſus Palæſtinos*, ſeu terram eorum 1 Sam. 13. v. 20. הָעִירָה *in urbem* 1 Sam. 20. v. 40. & 21. v. 1. & iſtud quoque non averſantur nomina conſtructa, הָאֹהֱלָה שָׂרָה אִמּוֹ *in tentorium Saræ matris ſuæ* Gen. 24. v. 67. הַלִּשְׁכוֹת בֵּית יְהוָה *ad conclavia domûs Domini* Ezr. 8. v. 29.

§ 105. ה Interrogativum, (cui in al-

in altero membro repetitæ interrogationis plerumque particula אִם respondet:) præfigitur per ſcheva, & quidem compoſitum cum patach.

הַמִּן־הָעֵץ *an de arbore?* Geneſ. 3. v. 11. הַצֹּאן *an greges?* Num. 11. v. 22. הֲיִקָּרֵא *an eveniet tibi?* ibid. v. 23. הֲשְׁכַחְתֶּם *an obliti eſtis?* Jer. 44. v. 9. הֲבְרָכָה *num benedictio?* Geneſ. 27. v. 38. הַכְּזוֹנָה *ſcortine inſtar?* Geneſ. 34. v. 31. הֲלְמַעַנְךָ *an propter te?* Job 18. v. 4.

Non rarò tamen imitatur punctationem He articuli, & quidem I. ante literas ſchevatas, tam radicales quàm ſerviles, interdum.

הַכְּתֹנֶת בִּנְךָ הִוא *an tunica filii tui eſt?* Geneſ. 37. v. 32. הַרְכִּבִי *viane mea?* Ezek. 18. v. 29. הַרְאִיתֶם *an vidiſtis?* 1 Sam. 10. v. 24. הַכְּצַעֲקָתָהּ *an ſecundùm clamorem ejus* Geneſ. 18. v. 21. הַבְּמַחֲנִים *an in caſtris?* Num. 13. v. 19. Semel ante non ſchevatam, הֵיִיטַב *an bonum erit?* Lev. 10. v. 19.

II. An-

II. ante gutturales perpetuò, sic tamen ut exclusum dages forte nunquam productione vocalis compensetur.

הַאֱמֶת *an veritas?* Genes. 42. v. 16. הָעֵת *an tempus?* Hagg. 1. v. 4. הֲאָנֹכִי *an ego?* Num. 11. v. 12. הֲתֵיטִיב זֹאת *an factum est hoc?* Joël. 1. v. 2. הֲחָזָק *an fortis?* Num. 13. v. 18. Huc pertinet הֲחָלַלְתִּי *an desistam?* Jud. 9. v. 9. 11. 13. (ubi anomalum punctum est sub ח, forsitan nato schevate ex obscuriore metheg, cui deinde aliud metheg præpositum fuit.) Unicum dicitur compensare dages הֲאַתֶּם *vosne?* Judic. 6. v. 31. cui addendum alterum, הַאֶפְרָתִי אָתָּה *an Ephrataus es?* Jud. 12. v. 5.

Negligitur quandoque He istud, & subintelligendum est, שָׁלוֹם *an pax* 2 Sam. 18. v. 29. pro quo legitur הַשָּׁלוֹם v. 32. sic 2 Reg. 9. v. 18. & 19. coll. Sic אֶשָּׂא *an levabo*; pro הַאֶשָּׂא Psal. 121. v. 1. וְאֶעֱשֶׂה *& num faciam*, pro וְהֶעֱשֶׂיתִי Ezek. 16. v. 59.

§ 106. Literæ וכלב dictæ, communem rationem sequuntur, & per scheva accedunt. בְּכָל־הַשּׁוֹב בְּעֵינֶיךָ

juxta

juxta omne quod bonum in oculis tuis Judic. 10. v. 15. וְדָצַע *& perforabit* Exod. 21. v. 6. לְעֹלָם *in seculum*, ibid. וְאֲשֶׁר *& qui* ibid. v. 13.

Kametz tamen possidet.

I. *Vav* ante dictiones monosyllabas vel bisyllabas penacutas, sed unicam duntaxat consonam ante primam vocalem habentes: & quidem 1. in conjunctione duorum vocabulorum, quorum posteriori vav adsit, sive nominum, חֵלֶב וְדָשֶׁן *adeps & pinguedo* Ps. 63. v. 6. רֶכֶב וְסוּס *& currus & equus* Psalm. 76. v. 7. Si plura ejusmodi nomina fuerint, in priore negligi potest, עַם גָּדוֹל וְרַב וָרָם *populus magnus, & multus, & procerus* Deut. 2. v. 10. זְנוּת וְיַיִן וְתִירוֹשׁ יִקַּח־לֵב. *Scortatio, & vinum, & mustum aufert mentem* Hos. 4. v. 11. sive verborum finiti aut indefiniti, similimi tamen temporis, הָלוֹךְ וְשׁוֹב *eundo & redeundo* Gen. 8. v. 3. 7. קַח וָלֵךְ *accipe & abi* Gen. 12. v. 19. קְחוּ וָלֵכוּ *accipite & abite* Genes. 42. v. 33. קַחְנִי וּבָאָה *accipe illud, & veni* 1 Sam. 22. v. 21. יוֹצֵא וָבֹא *egrediens & ingrediens* 1 Sam. 18. v. 16. הִזָּכְרִי וּבוּשִׁי *recorderis & erubescas* Ezek. 16. v. 63. sive pronominum, אֲנִי וְהוּא *ego & ipse* Genes. 41. v. 11. אֲנִי וְאַתָּה *ego & tu* Genes. 31. v. 44. 1 Sam. 20. v. 23.

v. 23. חִוֹא־וְהִיא *ipsa & ipse* 1 Reg. 17. v. 15. מִי וָמִי *quis & quis* Exod. 10. v. 8. sive particularum indeclinabilium מִשָּׁם וְהָלְאָה *inde & ultra* 1 Sam. 10. v. 3. Negligitur aliquando, אִישׁ וְאִישׁ *vir & vir*, hic & ille, Psal. 87. v. 5. הַכְמָה וְדַעַת *sapientiam & scientiam* Eccles. 2. v. 26. כּוּשׁ וּפוּט וְלוּד כָּל־הֶעֱרֶב וְכוּב *Chusch, & Put, & Lud, & omnis mixta multitudo, & Chub.* Ezek. 30. v. 5. cap. 38. v. 5. (2.) quando accentum pausantem, seu majorem saltem, possident, וְיָקָם *& surgit* Prov. 24. v. 16. וְמֵתוּ *& morientur* Genes. 33. v. 13. וְמֶעְלֶה *& supra*, 1 Sam. 10. v. 23. מִמֶּךָּ וְהָלְאָה *à te & circa* 1 Sam. 20. v. 21. מִמֶּךָּ וְהָלְאָה *à te & ultra*, ib. v. 22. Sic ante aliam à suâ dictione monosyllabam accentu pausante instructam, וְנָמַתְנוּ שָׁם *& moriemur ibi* 2 Reg. 7. v. 4.

II. *Lamed* ante dictiones similes, & quidem semper si fuerint infinitivi, לָמוּת *ad moriendum* Genes. 25. v. 32. לָלֶדֶת *ad pariendum* ibid. v. 24. לָלוּן *ad pernoctandum* Jud. 19. v. 10. לָקַחַת *ad accipiendum* Judic. 20. v. 10. (Nomina proinde sunt, non infinitivi, לָצֵאת *egressus* Exod. 19. v. 1. Num. 33. v. 38. & לְשִׁבַּת *habitationis* Gen. 16. v. 3. לְבוֹא־חֲמָת *versus ingressum Chamath* Ezek. 48. v. 1. & addito alio præfixo, מִלְּבוֹא חֲמָת *à versus ingressum Chamath*

math Amos 6. v. 14.) rariùs ſi fuerint nomina, & vix extra pauſam, לַמַּיִם *ad aquas* Geneſ. 1. v. 6. לְשָׂבְעָ *ad ſatietatem* Lev. 26. v. 5. לְמַסַּת *in fatigationem* Eſai. 1. v. 14. לְמַסִּי *in tributum* Lam. 1. v. 1. לָנֶצַח *in ſeculum* Pſalm. 9. v. 19. Legitur etiam לְחֵרֶם *in anathema* Joſ. 7. v. 12. לְרֹאשׁ *in caput* 1 Par. 29. v. 11. לָעַד *ad prædam* Zeph. 3. v. 8. Cum עַד *æternitas* ſemper kametz habet, etiam cum accentu miniſtro, לָעַד *in æternum* Pſalm. 37. v. 29. & 89. v. 30. & 111. v. 8.

III. *Beth*, *Chaph* & *Lamed* ante ſimilis conditionis pronomina, abſolutè uſurpata, בָּזֶה *ſicut hic* Geneſ. 41. v. 38. כָּהֵנָּה *ſicut illas* ibid. v. 19. כָּזֶה וְכָזֶה *ſicut hoc & illud* Jud. 18. v. 4. בָּזֹאת וְכָזֹאת *ſicut hoc & hoc* 2 Reg. 5. v. 4. בָּזֹאת *in hoc*, ſcil. loco, Num. 22. v. 19. 1 Sam. 14. v. 34. כָּהֵם וְכָהֵם *ſicut illi & illi* 2 Sam. 24. v. 3. כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה *ſicut hæc & hæc* 2 Sam. 12. v. 8. בָּאֵלֶּה *in illis* 1 Sam. 16. v. 10. cap. 17. v. 39. לָזֶה *huic* 1 Sam. 21. v. 12. cap. 25. v. 21.

IV. *Beth* & *Lamed* ante affixa, quæ tunc aliud punctum agglutinationis non agnoſcunt, בְּךָ *in te* f. Gen. 3. v. 16. לָכֶם *vobis* Geneſ. 1. v. 29. לָהֶם *ipſis* ibid. v. 28. Excipiuntur affixa,

fixa , ֵ , ֶ , & ִ , quæ suum punctum , quo mediante singularibus agglutinantur , postulant , repudiato kametz , לִי *mihi* , Genes. 3. v. 12. לְךָ *tibi* , v. 11. לוֹ *ipsi* v. 9. בּוֹ *in eum* Gen. 4. v. 7. בָּךְ *in te* Gen. 12. v. 3. בִּי *per me* Gen. 22. v. 16.

V. *Chaph* ante affixa , intercedente tamen syllaba enclytica מ , cujus vocalis pro affixis asyllabis syllabica poscit , quæ sola & quidem nudè admittit , כָּמֹנִי *sicut ego* Genes. 44. v. 15. כָּמוֹךָ *sicut tu* ibid. v. 18. כָּמוֹהוּ *sicut ipse* 1 Sam. 10. v. 24. כָּמוֹהָ *sicut illa* Exod. 30. v. 38. כָּמוֹהֶם *sicut ipsi* Judic. 8. v. 18. Dicitur tamen etiam כָּכֶם *sicut vos* Judic. 8. v. 2. כָּהֵם *sicut illi* 2 Reg. 17. v. 15.

Vav ante labiales בומף sumit Schurek , cui in pronunciatione præmittitur Aleph , (sicut dictum § 57.) וּבָרוּךְ *& benedictus* Genes. 14. v. 20. וּמַמְרֵא *& Mamre* ibid. v. 24. וּפָנֶיהָ *& facies* , hoc est ira & indignatio , *ejus* 1 Sam. 1. v. 18. Labiales tamen non impediunt Kametz , quod ante monosyllabas bisyllabasve penacutas adscisendum esse , modò dictum fuit. תֹהוּ וָבֹהוּ *vacua & inanis* Genes. 1. v. 2. גָּפְרִית וָמֶלַח *sulphur & sal* Deut. 29. v. 22. פַּחַד וָפַחַת וָפָח *pavor & fovea & laqueus* Esa. 24. v. 17.

Beth, *Chaph & Lamed* ante articulum, euphoniæ gratiâ, hujus He excludunt, & vendicant sibi ejus punctationem, בַּשֶּׁבֶט *baculo*, pro בְּהַשֶּׁבֶט Exod. 21. v. 20. לָהָרִים *montibus* Hos. 10. v. 8. כָּעָם כַּכֹּהֵן כָּעֶבֶד *sicut populus, sic Sacerdos; sicut servus.* Esa. 24. v. 2. וּבַחֳדָשִׁים *& in mensibus* Ezek. 46. v. 3. Anomala verò censentur quæ articulum retinent, בְּהַיּוֹם *ut hoc die* Gen. 39. v. 11. Deut. 6. v. 24. 1 Sam. 9. v. 13. Neh. 9. v. 10. בְּהַשָּׁמַיִם *in cœlis* Ps. 36. v. 6. וְלַהַקְרַדֻּמִּים *& securibus* 1 Sam. 13. v. 21. כְּהַחָכָם *sicut sapiens* Eccl. 8. v. 1. וּלְהַנֵּרִים *& peregrinis* Ezek. 47. v. 22. כְּהַחַלֹּנוֹת *sicut feneſtræ* Ezek. 40. v. 25. בְּהַדֶּרֶךְ *in viâ* Nehem. 9. v. 19. לְהַחֹמָה *ipſi muro* Neh. 12. v. 38. לְהָעָם *populo* 2 Par. 10. v. 7. לְהַגְּדוּד *quod ad turmam* 2 Par. 25. v. 10. לְהַמִּזְבֵּחַ *altari* 2 Par. 29. v. 27. ſimiliaque.

Beth & Lamed eâdem de cauſâ, ſed minus frequenter, excludunt He characteriſticum infinitivorum, ſuccedentibus hujus punctis. לֵאוֹר *ad illuſtrandum*, pro לְהָאוֹר Job 33. v. 30. לֵעָנֹת *humiliari*, pro לְהָעָנוֹת Exod. 10. v. 3. וּבְכָשְׁלָן *& in impingendo ipſum*, pro וּבְהַכְשִׁילָן Proverb. 24. v. 17. בְּהָרֵג *in interfici*, pro בְּהֵהָרֵג Ezek. 26.

Ezek. 26. v. 15. לְרָאוֹת *ad comparendum*, pro לְהַרְאוֹת Deut. 31. v. 11. לַצְבּוֹת בֶּטֶן וְלִנְפֹּל יָרֵךְ *ad inflandum ventrem, & dejiciendum femur*, pro לְהַנְפִּיל & לְהַצְבּוֹת Num. 5. v. 22. לָשִׁית *ad ponendum*, pro לְהָשִׁית Job 30. v. 1. לָבִיא *ad adducendum*, pro לְהָבִיא Jerem. 39. v. 7. 2 Par. 31. v. 10. בָּעִיר *in evigilando*, pro בְּהָעִיר Pſal. 73. v. 20. בְּחָלְיָ *in lucere faciendo ipſum*, pro בְּהָהְלוֹ Job 29. v. 3.

Caph idem facit in כְּגָלּוֹתֵךְ *ſecundùm abſolvere te*, pro כְּהָגְלוֹתֵךְ Eſai. 33. v. 1.

SECTIO VII. de VERBO PERFECTO.

§ 107. Circa *Verbum*, quod tertiam orationis partem facit, conſideranda veniunt, Tempus, Perſona, Genus, Numerus, Conjugatio, Significatio, & Mutatio: quarum hæc potiſſimam curam efflagitat.

§ 108. *Tempora* ſunt quinque, Præteritum, Participium, ſive Præſens, ſive Præteritum, (in

solo Kal utrumque, adeóque geminum,) Infinitivus, Imperativus (quo Passiva præter Niphal destituuntur,) & Futurum.

Præsens, quod simul personis distinguatur, nullum est, sed ejus loco jam Præteritum, jam Futurum, jam, idque creberrimè, Participium Activum, quod Præsens est, usurpatur. Quin aliorum quoque temporum non infrequens est enallage.

Imperativus in Hophal videtur occurrere, רְדָה וְהִשְׁתַּכְּבָה *descende, & violenter posternitor*, Ezek. 32. v. 19. נְסוּ הָפְנוּ *fugite, avertimini* Jerem. 49. v. 8.

Personæ tres sunt, Tertia, Secunda, & Prima: quas omnes Præteritum & Futurum, solam secundam Imperativus, nullam autem Participium & Infinitivus agnoscunt.

Attamen Participium additis pronominibus personalibus personarum variationem accipit.

Genus triplex, Masculinum, Fœminium, & Commune.

Priora

Priora duo autem per enallagen interdum permutantur.

Numerus geminus, Singularis ac Pluralis.

Conjugationes ſeptem, Kal, Niphal, Pihel, Pyhal; Hiphil, Hophal, & Hithpahel.

Denominantur ab antiquo paradigmate פָּעַל, cujus etiam literæ quem locum & ordinem habent, eundem apud Hebræos Grammaticos in quovis verbo ſignificant, *Pe* primam, *Ajin* mediam, *Lamed* ultimam radicalem.

Harum Conjugationum tres, nempe Pihel, Pyhal, & Hithpahel, ob characteriſticum dages forte mediæ radicali iſtic imprimendum, Dageſſatæ; reliquæ quatuor, Kal, Niphal, Hiphil ac Hophal, Non-dageſſatæ appellantur.

Significatio in diverſis & iiſdem quoque Conjugationibus varia eſt.

In *Kal*, Activa ſimplex, פָּקַד *viſitavit*:

vel Neutralis, sive intransitiva, שָׂמַח *lætatus est.*

II. In *Niphal*, Passiva respondens præcedenti Activæ, נִפְקַד *visitatus fuit*, aut etiam alîus conjugationis, נֶהֱלַךְ *ire factus est*, ex Pihel: vel Reciproca, נִשְׁמַר *custoditus fuit, cavit sibi:* vel Frequentativa, נִדְבַּר *sæpius locutus est:* vel Neutralis, quando Kal aut prorsus, aut saltem eo significatu inusitatum est, נִשְׁבַּע *juravit*, à שבע inus. נֶאֱמַן *fidelis fuit*, ab אָמַן *nutrivit:* vel Activa, נִהְיָה idem cum הָיָה *fuit* 1 Reg. 1. v. 27. quod aliàs contrarium notare videtur Dan. 2. v. 1. cap. 8. v. 27.

III. In *Pihel*, Intensiva tam ex activâ, שִׁבֵּר *confregit*, à שָׁבַר *fregit:* quam ex neutrali, צִמַּח *subitò & dense germinavit*, à צָמַח *germinavit:* vel Activa ex neutrali, הִלֵּךְ *ire fecit*, ab הָלַךְ *ambulavit*, שִׂמַּח *exhilaravit:* vel Declarativa, טִמֵּא *immundum reddidit, immundum pronunciavit*, טִהֵר *purgavit, mundum declaravit:* vel Contraria, חִטֵּא *à peccato expiavit*, à חָטָא *peccavit*, שִׁרֵּשׁ *radices evulsit*, à שֹׁרֶשׁ *radix:* vel Conservativa, חִיָּה *in vitâ servavit, sivit vivere.*

IV. In *Pyhal* Passiva Respondens.

V. In *Hiphil* Activa per alium ex activâ, הִשְׁמִיעַ *audire fecit alium*, à שָׁמַע *audivit:* vel Activa simplex ex neutrali, הֶעֱמִיד *constituit*, à עָמַד *stetit*, הִשְׂמִיחַ *lætari fecit:* vel Declarativa, הִצְדִּיק *justum declaravit*, הִרְשִׁיעַ *iniquum reddidit, impium*

pium pronunciavit, הֶאֱמִין *fidelem seu veracem censuit*: vel Intensiva, הֶאְדִּים *admodum ruber fuit*: vel Neutralis aut Activa simplex, si in Kal non occurrat, הִשְׁכִּים *manè surrexit*, הִשְׁלִיךְ *projecit*; & sic quandoque transitivum est, הֵקִיץ *evigilavit*, *& excitavit*, הֵרִיעַ *jubilavit*, *& jubilare fecit*.

VI. In *Hophal* Passiva respondens.

VII. In *Hithpahel* Reciproca, הִתְחַנֵּאל *contaminavit se ipsum*: vel Frequentativa, הִתְהַלֵּךְ *indesinenter ambulavit*: vel Simulatoria, הִתְעַשֵּׁר *divitem se finxit*, הִתְחַלָּה *morbum simulavit*: vel Intensiva actionis, הִתְחַנֵּן *gratiam enixè flagitavit*, הִתְפַּלֵּל *jus administrari sibi popposcit*. Interdum & Passiva, formâ Aramæâ, הִתְבַּשֵּׂר *euangelizatur*.

Cæterùm non omnia Verba inflectuntur per septem Conjugationes, sed per aliquas solummodò, plures paucioresve, siquidem usum Scripturæ attendamus. Attamen ex omni Pihel & Hiphil Passivum respondens, & vicissim ex omni Pyhal & Hophal respondens Activum formare licet: Niphal autem ex Kal flectere, aut Kal ex Niphal restituere non æquè licet. Quin etiam aliquando ex Kal de significatione in Hiphil, & contra ex Hiphil de significatione in Kal conjecturam facere possumus; forsan quoque, si res ita tulerit, alterutram conjugationem interdum usurpare.

§ 109. *Mutatio* est, quâ themà sive Verbum quoad literas vel puncta variatur, ad temporum, personarum, generum, numerorum, ac conjugationum distinctionem.

§ 110. Omne *Verbum Perfectum*, (quod normæ instar est, uti quicquid hinc declinat Imperfectum,) constat literis radicalibus, numero tribus, loco semper præsentibus, conditione mobilibus. Harum porrò Literarum Prima Kametz habet. Secunda variat vocalibus, pro conjugationum temporumque varietate; regulariter admittit hasce sex, quæ terminantes sunt, seu puncta terminantia; Patach, Tzeri, Cholem, Chirek longum, Kametz, & Schurek. Tertia scheva ex § 13. Accentus autem tonicus adhæret vocali

cali secundæ radicalis, adeóque occupat syllabam ultimam. Paradigma est פָּקַד *visitavit*.

§ 111. Quæcunque literæ præter tres illas radicales accedunt, sive ab initio, sive à fine, Serviles sunt. Illas *Præformantes* vocamus, istas *Afformantes*.

Quâ nomenclaturâ à Præfixis & Affixis distinguuntur.

§ 112. Præformantes, quæ & Characteristicæ, sunt literæ serviles, ab initio Verbo accedentes, quæ Conjugationum ac Temporum, (in Futuro etiam Personarum, Generum, ac Numerorum) distinctioni inserviunt. Tales sunt נ conjugationis Niphal; ה conjugationum Hiphil & Hophal, itemque infinitivi ac imperativi Niphal; הת conjugationis Hithpahel;

hel; מ Participiorum extra Kal & Niphal; & denique איתן Futurorum; quorum tertiam masculinam י, tertiam fœmininam, ac secundam tam masculinam quàm fœmininam ת indicat, in utroque numero: prima communis per א in singulari, per נ in plurali designatur.

He semel versum est in ת in conjugatione Hiphil, תִּרְגַּלְתִּי *adsuefeci*, pro הִרְגַּלְתִּי Hos. 11. v. 3.

Mem participiale semel neglectum est in Hithpahel, וּבְתִתְקוֹמְמֶיךָ *& contra insurgentes tuos*, pro וּבְמִתְקוֹמְמֶיךָ Psal. 139. v. 21. manente characteristicâ præteriti, & exclusâ à ב ex § 106.

In Futuris Iod nonnunquam occurrit in tertiâ fœmininâ, וַיִּחַמְנָה *& incaluerunt f.* pro וַתֶּחַמְנָה Gen. 30. v. 38. sic וַיִּשַּׂרְנָה *& rectà processerunt f.* 1 Sam. 6. v. 12. יַעַמְדְנָה *consistent f.* Dan. 8. v. 23.

Enallage autem est tertiæ masculinæ pro fœmininâ in כָּל־מְלָאכָה לֹא־יֵעָשֶׂה בָהֶם *nullum opus fiet in illis*, pro תֵּעָשֶׂה Exod. 12. v. 16.

Præfor-

Præformantium seu Characteristicarum (quia serviles sunt literæ,) proprium punctum est scheva, sub ׳ chatephpatach.

מְבָרֵךְ *benedicens* Prov. 27. v. 14. אֶמְלָא׳ *implebo* Prov. 8. v. 21. (at chatephsegol est in אֲזָרֶה *dispergam* Lev. 26. v. 33. Ezek. 5. v. 12. & cap. 12. v. 14.)

Si duæ characteristicæ conjungantur, scheva prioris transit in vocalem brevem chirek, sub ׳ plerunque in segol, posterioris autem quiescit.

וְהִתְבָּרְכוּ *benedicatque sibi* Deuteron. 29. v. 18. אֶתְפָּאָר׳ *gloriaturus sum* Esa. 49. v. 3. אֶמְלְטָה *evadam* Gen. 19. v. 20. (Anomalum est kametz-chatuph pro chirek brevi, in הִתְפָּקְדוּ *recensi fuerunt*, Num. 1. v. 47. sic Num. 2. v. 33. cap. 26. v. 62. 1 Reg. 20. v. 27.)

Si posterior duarum præformantium fuerit ׳ conjugationis Niphal, hæc per dages forte inseritur perpetuò primæ radicali.

הִוָּתֵר *mo-*

הִתְוַהֵר *monitus esto*, pro הִנְוַהֵר Eccl. 12. v. 12.

Ante indageſſabilem dages compenſatur productione vocalis brevis.

הֵאָסֵף *congregari*, pro הֵיאָסֵף Num. 12. v. 15. rarò pro tzeri eſt ſegol cum implicito dages forti, וַיְחַלְּקֵם & *ſibi* (apud ſe) *diſtribuit eos*, 1 Paral. 24. v. 3. הֵעָשׂוֹתוֹ *fieri illud*, pro תֵּעָשׂוֹתוֹ Ezek. 43. v. 18. בְּהַמְּתָם *in interficiendo* Ezek. 26. v. 15. אֶשְׁנַּה *exaudiar* Job 19. v. 7.

Aliquando Infinitivus & Imperativus ſolo charactere Conjugationis ſuæ acquieſcunt, non adſcito He, נִלְחֲמָם *pugnare* Judic. 11. v. 25. הִנָּגְלֹה *an revelando* 1 Sam. 2. v. 27. item כְּהִנָּלוֹת נִגְלוֹת *ſicut revelando revelari* 2 Sam. 6. v. 20. נִקְרֹא *incidendo* 2 Sam. 1. v. 6. נִדְמָה *exſcindendo* Hoſ. 10. v. 15. וְנִלְוֵי & *adhæreſcite* Jer. 50. v. 5.

Infinitivus etiam ſolum characterem temporis habet, neglecto Nun, כְּהֻנְדָּף *ſicut propelli* pro כְּהִנָּדֵף Pſal. 68. v. 3.

Similiter in Hithpahel duarum præformantium poſterior ת nonnunquam per dages forte inſeritur radicali primæ: & quidem, ſi hæc

hæc prima fuerit litera cognata ר, ט, vel ת ſemper, ſin נ (quia ejuſdem organi §4.) aliquando, ſin alia, rariſſimè.

Cognatæ inſeritur in אֶדַּמֶּה *ſimilem me faciam*, pro אֶתְדַּמֶּה Eſa. 14. v. 14. מְדַבֵּר *loquens*, pro מִתְדַּבֵּר Numer. 7. v. 89. וְיִדְכְּאוּ *& conterentur*, pro וְיִתְדַּכְּאוּ Job 5. v. 4. הִטַּהַרְנוּ *mundavimus nos*, pro הִתְטַהַרְנוּ Joſ. 22. v. 17. תִּתַּמָּם *integrum te præbes*, pro תִּתְתַּמָּם Pſal. 18. v. 26. (ſemel negligitur, מְתַדְּפְקִים *pulſitantes*, Jud. 19. v. 22.) Literæ נ in וְתִנָּשֵׂא *attolletque ſe*, pro וְהִתְנַשֵּׂא Num. 24. v. 7. וְנִתַּמְתִּי *& conſolabor me*, pro וְהִתְנַחַמְתִּי Ezek. 5. v. 13. וְנִבֵּאתִי *prophetavi*, pro וְהִתְנַבֵּאתִי Ezek. 37. v. 10. Alii literæ, הִזַּכּוּ *mundate vos ipſos*, pro הִתְזַכּוּ Eſa. 1. v. 16. וְיִכּוֹנָנוּ *& confirmantur*, pro יִתְכּוֹנָנוּ Pſal. 59. v. 5. תִּכַּסֶּה *teget ſe*, pro תִּתְכַּסֶּה Proverb. 26. v. 26. תִּשּׁוֹמֵם *deſolabis temet ipſum*, pro תִּתְשׁוֹמֵם Eccleſ. 7. v. 16. אֲרוֹמְמֶךָּ *exaltabo me*, pro אֶתְרוֹמֵם Eſa. 33. v. 10. Aliquando eadem characteriſtica ת in Hithpahel cum primâ radicali locum permutat, ſi hæc fuerit ſibilans ס vel ש, atque inſuper in cognatam literam mutatur, in ז quidem ſi fuerit ז, in ט autem ſi eadem fuerit צ, וְיִשְׂטַבֵּל *onerabitque ſe*, pro יִתְסַבֵּל Eccleſ. 12. v. 5. מִשְׂטַכֵּר *mercede ſe locat*, pro מִתְשַׂכֵּר Hagg. 1.

Hagg. 1. v. 6. וְאֶשְׁתַּמֵּר *& custodivi me*, pro אֶתְשַׁמֵּר Pſalm. 18. v. 24. נִצְטַדָּק *juſtificabimus nos*, pro נִתְצַדָּק Geneſ. 44. v. 16. de ת exemplum exſtat Chaldaicum הִזְדַּמְּנְתִּין *præparâſtis*, pro הִתְזַמְּנְתִּין Dan. 2. v. 9. (ſemel neglecta metatheſis, in וְהִשְׁתַּטְּתָנָה *& curſitate*, Jer. 49. v. 3. non הִשְׁתּוֹטַטְנָה euphoniæ ergò, ne tria t concurrerent.)

Præformans quævis, ſuperveniens characteriſticæ He cujuſcunque conjugationis vel temporis, hanc excludit, euphoniæ ergò, & ſumit ſibi punctum, quale ei deberetur ſi He iſtud non adfuiſſet.

יַצְלִיחַ *proſperabitur*, ab הִצְלִיחַ Pſalm. 1. v. 3. הַמְחַבְּרֵךְ *benedicens ſibi*, ab הִתְבָּרֵךְ Eſa. 65. v. 16. אִבְּנֶה *adificabor*, ab הִבָּנֶה *adificator* Geneſ. 16. v. 2.

Characteriſticæ Præformantes quoties ſingulæ (non plures: nam tunc inter ſe ſyllabam faciunt, uti dictum,) Verbo accedunt, ut arctius illi coaleſcant, Kametz primæ radicalis in conjugationibus

Non-

ineundum Lev. 20. v. 16. ob primam gutturalem segol, אֶסְפָּה *congrega* Num. 11. v. 16. עָרְכָה *dispone* Job 33. v. 5. ob secundam gutturalem patach לַאֲנָחָה *ad mœrendum* Jer. 31. v. 12.

§ 118. Participia moventur, declinantur, ac mutantur uti Nomina, quorum leges ubique sequuntur. Obtinet autem, præterquam in Pahul, gemina terminatio fœminina, in ה֫ & in ת֫ § 89. quarum posterior semper in affixione, plerunque etiam in regimine adhibetur: prior autem sola attenditur in flexione pluralis numeri, nunquam posterior.

A פּוֹקֵד *visitans* m. est פּוֹקֶדֶת vel פּוֹקְדָה *visitans* f. & ab hâc formâ פּוֹקְדֵךְ, non ab illâ פּוֹקַדְתֵּךְ: contra ab illâ formâ pl. פּוֹקְדוֹת, non ab istâ פּוֹקְדוֹת.

§ 119. Vocalis secundæ radicalis, sive terminale punctum, pro differentia conjugationum ac Temporum sic se habet.

I. *Kal* in Præterito habet patach, חָסַךְ *servavit* Deut. 10. v. 15. כָּרַע כָּרְעָה *incurvavit se, cubuit*, Gen. 49. v. 9. (semel kametz in שָׁפַט *judicavit* 1 Sam. 7. v. 17.) aliquando tzeri חָפֵץ *voluit* Gen. 34. v. 19. חָמֵץ *fermentatus fuit* Exod. 12. v. 39. (semel segol in לָחֶם *oppugnavit* Jud. 5. v. 8. quod tamen aliis nomen est:) rarò cholem עָזַבְתָּ *timuisti*, à עָזוֹר Deut. 28. v. 60. קָטֹנְתִּי *parvus sum*, à קָטֹן Gen. 32. v. 10. Quædam geminam terminationem admittunt, אָהַב *amavit* Genes. 37. v. 8. & אָהֵב 1 Sam. 1. v. 5. שָׁמַע *audivit* Gen. 16. v. 11. שָׁמֵעַ Psal. 22. v. 25. similiaque alia.

In Participio Præsenti, seu Benoni, habet tzeri. הוֹלֵךְ *ambulans* Eccl. 6. v. 6. בּוֹקֵעַ *findens* Eccles. 10. v. 9. ast chirek longum est in תּוֹמֵךְ *sustentans* Psalm 16. v. 5. & יוֹסִיף *addens* Esa. 29. v. 14. & cap. 38. v. 5. Eccl. 1. v. 18.

In Participio Præterito sive Pahul, habet schurek, אָסוּר *vinctus* Gen. 40. v. 3. Hoc Participio carent verba Intransitiva, à עָמַד *sto*, non dicitur עָמוּד: aut si habeant, Benoni & Pahul synonyma sunt, זָכוּר *memor* Psalm 103. v. 14. וְלוֹכְדֵי & *recordantibus*, ib. v. 18. הַשֹּׁכְנִים בַּמִּדְבָּר *habitantes in deserto* Jerem. 25. v. 24. הַשֹּׁכְנִים בָּאֳהָלִים *habitantes in tentoriis* Judic. 8. v. 11.

v. 11. Sic בּוֹטֵחַ בַּיהוָה *confidens Domino* Psal. 21. v. 8. & בְּטַח בַּיהוָה Psal. 112. v. 7. Nonnulla verò utroque Participio destituuntur, eorumque loco utuntur Nomine: à חָכַם *sapiens fuit*, nec חוֹכֵם dicitur, nec חָכִים, sed nomen חָכָם *sapiens*: sic alia complura. Præterea differt Pahul significatione à participio Niphal; quod istud passionem continuam denotet, hoc transeuntem: עֵץ שָׁתוּל *arbor plantata*, & adhuc eo loco consistens, עֵץ נִשְׁתָּל *arbor plantata*, sed forsitan dudum quoque eradicata.

In Infinitivo, atque hinc ferè descendentibus Imperativo & Futuro, habet cholem. Infinitivus פָּרֹס *partiri* Esa. 58. v. 7. פָּשֹׁעַ *prævaricari* Esa. 59. v. 13. סָפוֹד *plangere*, & רָקוֹד *saltare* Eccl. 3. v. 4. Imperativus שָׁמוֹר *custodi* Eccl. 12. v. 14. כָּתֹב *scribe* Exod. 17. v. 14. Futurum יִמְלֹךְ *regnabit* Exod. 15. v. 18. יִשְׁכֹּן *habitabit* Gen. 16. v. 12. Infinitivus rarò, Imperativus & Futurum frequenter habent patach, (fit istud in verbis intransitivis seu neutris interdum, sub penultimâ gutturali plerunque, ante ultimam gutturalem א, ח, ע, vel ה semper:) Infinitivus שְׁלַח *mittere* Esa. 58. v. 9. לִשְׁכַּב *ad concumbendum* Gen. 39. v. 14. Imperativus חֲזַק וֶאֱמַץ *fortis esto & roborare* Jos. 1. v. 7. שְׁמַע *audi* Deut. 6. v. 4. שְׁלַח *mitte* Exod.

4. v. 13. יְרָא *time* § 63. num. 2. Eccl. 12. v. 13. גְּעַר *increpa* Psal. 68. v. 31. (semel kametz occurrit, סָעַד *fulci* Judic. 19. v. 5. pro quo mox סְעָד־נָא *sustenta quæso* v. 8. nisi fiat, quod notatur § 158.) Futurum יִשְׁכַּב *cubabit* Genes. 30. v. 15. יִקְרַב *appropinquabit* Gen. 37. v. 18. יִשְׂמַח־ *lætabitur*, Psal. 21. v. 2. יִתְמַךְ *vacillabit* Psal. 37. v. 31. יִגְבַּהּ *elevabitur* Prov. 18. v. 12. Utramque terminantem vocalem admittunt בָּגַד *prævaricatus est*, חָפַץ *voluit*, טָרַף *rapuit*, נָדַד *fugit*, נָדַר *vovit*, נָשַׁךְ *momordit*, פָּעַל *operatus est*, שָׁבַת *cessavit*. At Infinitivus absolutus etiam tzeri habet, הָלוֹךְ וְגָדֵל *eundo & crescendo*, Gen. 26. v. 13. וּבָשֵׁל *& coquendo*, Exod. 12. v. 9. Et quandoque activam significationem possidet, cum verbum neutrum est, עַד־תֻּמִּי *usque dum consumere me* Jer. 27. v. 8. Futurum obtinet etiam schurek, יִשְׁפְּטוּ הֵם *judicent ipsi* Exod. 18. v. 26. תַּעֲבִיר *transeas* Ruth 2. v. 8. תִּשְׁמוֹרֵם *custodies eos* Prov. 14. v. 3.

II. *Niphal* in Præterito habet patach, נִכְחַד *absconditus est* Hos. 5. v. 3. נִשְׁבַּע *juravit* Psal. 110. v. 4. At quandoque reperitur cholem, וְנֶחְתּוֹם *& versum est* Esth. 9. v. 1. וְנֶהְפּוֹךְ *obsignatumque fuit* Esth. 8. v. 8 וְנֶעְתַּר *& exoratus fuit* 1 Par. 5. v. 20. נִמּוֹל *circumcisus fuit*, pro נִגְמֹל Gen. 17. v. 26. נִמֹּלוּ *circumcisi fuerunt*, ib. v. 27. In Par-

In Participio habet kametz, נִמְאָס *spretus* Jer. 6. v. 30. נִמְשָׁל *dominio subjectus* Psal. 49. v. 13. Unum recepit tzeri, נוֹקֵשׁ *illaqueatus*, à יָקֵשׁ. Psal. 9. v. 17. Alia quatuor tzeri possidere indicat pluralis ex § 81. נִבְּאִים *prophetantes* 1 Sam. 19. v. 20. Jerem. 14. v. 15. Ezek. 13. v. 16. coll. cum v. 2. נֶחְבְּאִים *abscónditi* Jos. 10. v. 17. נִטְמְאִים *polluti* Ezek. 20. v. 30. 31. חֲנִמְצְאִים *inventi* Esth. 1. v. 5. cap. 4. v. 16. 1 Sam. 13. v. 15. Similiter tzeri agnoscitur ex affixione, in נִדַּחֲךָ *expulsus tuus* Deut. 30. v. 4. in נִדָּחוֹ *expulsum suum* 2 Sam. 14. v. 13. in נִדַּחְכֶּם *expulsus vester* Neh. 1. v. 9. ex נִדָּח quod aliàs regulariter נִדָּח *expulsus* 2 Sam. 14. v. 14. Unum cholem, נִמֹּלִים *circumcisi* Genes. 34. v. 22.

In Infinitivo habet tzeri, בְּהִקָּבֵץ *in congregari* Psal. 102. v. 23. At cholem obtinet quando unica adhibetur characteristica præformans, sive conjugationis tantum נִכְסֹף *desiderando* Genes. 31. v. 30. וְנִשְׁלֹחַ *& mittere* Esth. 3. v. 13. נִלְחֹם *pugnando* Judic. 11. v. 25. נִשְׁאֹל *rogando* 1 Sam. 20. v. 6. & 28. נִגֹּף *percutiendo* Jud. 20. v. 40. sive temporis tantum, כְּהִנָּדֵף *sicut propelli* Psalm 68. v. 3. rarius si utraque præfor-

mans conjungatur, הִנָּתְן *tradendo* Jer. 32. v. 4. הֶאֱסֹף *congregando* 2 Sam. 17. v. 11. הֶאֱכֹל *comedendo* Lev. 7. v. 18. הֶאֱרֹשׁ אֶדְרֹשׁ *an requirendo requirar*, cum א loco ה §171. Ezek. 14. v. 3.

In Imperativo & Futuro habet tzeri, וְהֶאֱסֹף *& aggrega te* Deut. 31. v. 49. יִנָּקֵם *vindicabitur* Exod. 21. v. 20. Pro tzeri interdum scribitur patach, וַתֵּעָצֵר *& cohibita fuit* Num. 16. v. 41.

III. *Pihel* in Præterito habet tzeri. וְאָזֵן וְחָקֵר *& attentè audivit & investigavit*, תִּקֵּן מְשָׁלִים *ordinavit illustres sententias*, Eccl. 12. v. 9. Tria verba segol amant, דִּבֵּר *locutus est*, כִּפֵּם *lavit vestes*, כִּפֶּר *expiavit*: quorum tamen primum cum silluk & atnach semper, & Jos. 14. v. 10. cum segolta; & secundum bis Gen. 49. v. 11. & 2 Sam. 19. v. 25. tzeri habent.

In reliquis temporibus, habent tzeri. At Infinitivus occurrit cum cholem, יְסֹר *castigando* Ps. 118. v. 18. לְיַסּוֹד *ad fundendum*, pro לְיַסֵּד § 116. & 163. 2 Paral. 31. v. 7. & semel segol, לְצַחֵק *ad ludendum* Exod. 32. v. 6.

Euphoniæ ergo pro tzeri quandoque adhibetur patach, שִׁקַּץ *abominatus est* Ps. 22. v. 25. נִבַּל *extulit* Esth. 3. v. 1. אִבַּד *perdidit* Lam. 2. v. 9. מִלַּט *eripuit* Eccl. 9. v. 15. לִמַּד *docuit* Eccles. 12. v. 9. פִּלַּג *divide* Psal. 55. v. 10. Inprimis

primis si media fuerit gutturalis, נָחַג *duxit* Exod. 10. v. 13. נִחַם *consolatus est* Esa. 49. v. 13. וְלֹהַט *inflammabitque* Mal. 4. v. 1. aut tertia indagessabilis, ex § 161. שִׁלַּח *dimisit* Exod. 9. v. 7. בִּלַּע *absorbe* Psal. 55. v. 10. יִגְלַח *radet* Esa. 7. v. 20. וְשִׁבַּר *& confregit* Lam. 2. v. 9.

IV. *Pyhal* in Præterito & Futuro habet patach, וּמִרַק וְשִׁטַּף *& extergetur & immergetur* Levit. 6. v. 28. תְּחַשֵּׁל *coquetur*, ibid. יְבֹרַךְ גָּבֶר *benedicetur vir* Psalm 128. v. 4. (at tzeri est in יְסֹעַר *turbine abripietur* Hos. 13. v. 3.)

In Participio habet kametz, מְאֻדָּם *rubricatus* Nah. 2. v. 4. מְלֻטָּשׁ *exactus* Ps. 52. v. 4.

In Infinitivo habet cholem, גָּנֹב *furtivè subduci* Gen. 40. v. 15. quod unicum hujus temporis exemplum perfecti verbi occurrit: sed forsan non malè etiam patach ei dabitur, aut tzeri, quæ vocalis in reliquis passivis obtinet.

V. *Hiphil* habet geminum terminale punctum, chirek longum & tzeri, etiam in iisdem nonnunquam temporibus. Etenim

In præterito habet chirek longum, הִשְׁלִיךְ *projecit*, Numer. 35. v. 20. הֶעְלִים *occultavit* 2 Reg. 4. v. 27. הִשְׁמִיעַ *audire fecit* 2 Reg. 7. v. 6.

In Participio habet chirek longum, מַשְׁפִּיל *humi-*

humilians Psal. 147. v. 6. מַתֵּיר *exterrens* Lev. 26. v. 6.

In Infinitivo absoluto habet tzeri, וְהַכְבֵּד & *aggravare* Exod. 8 v. 11. הַשְׁמֵד *perdere* Esa. 14. v. 23. in constructo cum כ chirek longum, וְלַהֲחִיד וְלְהַשְׁמִיד & *ad exscindendum & ad perdendum* 1 Reg. 13. v. 34. At contrario modo aliquando se habent absoluti, הַעֲבֵר *traducere* Jos. 7. v. 7. הַזְכֵּר *memorare* 2 Sam. 18. v. 18. הַכְרֵת *exscindere*, Jer. 44. v. 8. הַגֵּד *indicando* Jerem. 36. v. 16. הָבֵא *adducere*, Gen. 18. v. 19. הַצֵּל *eripere* Gen. 37. v. 22. constructi item לְעַשֵּׂר *ad decimandum* Deuter. 26. v. 12. לַחֲלֹק *ad secedendum* Jer. 37. v. 12. וְלַלְבֵּן & *ad dealbandum* Dan. 11. v. 35.

In Imperativo habet tzeri, הַעְמֵק *profundam fac* Esa. 7. v. 11. הַגְבֵּהּ *altam fac*, ibid. הַשְׁמֵן *pingue fac* Esa. 6. v. 10. Veruntamen etiam hîc occurrit chirek, licet rarissime, הָבִיא *adduc*, Jer. 17. v. 18.

In Futuro alterutra vocalis locum invenit, אַשְׁפִּיל & *regem constituemus* Esa. 7. v. 6. וְגַמְלֵךְ *humiliabo*, Esa. 13. v. 11. & יַחֲזִק *apprehendet*, Esa. 27. v. 5. תֹּאכַל *comedere facies* Ezek. 3. v. 3.

Ante affomantes syllabicas semper adhibe-

tur

tur tzeri, mutandum ex § 114. הֻפְקַדְתִּי *constitui* Esa. 62. v. 6. Ante affor mantes asyllabas, itemque ante affixa, semper adhibetur chirek longum, ex § 115. הַקְשִׁיבוּ *attendite* Esa. 28. v. 23. יַזְכִּירוּ *memorabunt* Esa. 48. v. 1. וְאַשְׁמִיעֵם *& audire faciam eos* ibid. v. 3. הַבְרִיקֵךְ *exscindi te* ibid. v. 9. הוֹלִיכֵם *duxit eos* ib. v. 21.

Anomaliæ sunt, 1. Chirek longum nonnunquam defectivè scribitur, ut dictum § 10. אַרְנֵּן *cantare faciam* Job 29. v. 13. מַצְּתִי *succendetis* Jos. 8. v. 8. 2. Post tzeri aliquando Jod quiescens occurrit in Infinitivo, הַשְׁמֵיד *perdendo*, Amos 9. v. 8. וְהַעֲמִיד *& statuendo* Neh. 7. v. 3. הַשְׁנִיק *onerando* Deut. 15. v. 14. הַבִּיט *adspicere* Psal. 142. v. 5. הַקִּיף *cingendo* Jos. 6. v. 2. וְהוֹלִיד *& parere* Esa. 59. v. 4. rarius in aliis temporibus, וְהֲבִיאתִי *& introducam* Num. 14. v. 31. Esa. 43. v. 23. Cant. 3. v. 2. 2 Reg. 9. v. 2. הָבִיא *adduc* 1 Sam. 20. v. 40. הָשֵׁיב *restitue* 2 Reg. 8. v. 6. יַגִּיד *indicabit* Eccl. 10. v. 20. וְתַגִּיד *& indicabis* Exod. 19. v. 3. וַיַּבִּיא *& adduxit* Ezek. 40. v. 3. 3. Longa vocalis interdum resolvitur in brevem & dages forte, הִסִּתָּה *incitavit f.* pro הִסִּיתָה vel הִסְתָּה 1 Reg. 21. v. 25. אֲשִׁמֵּם *reos peragam eos*, pro אֲשִׁימֵם Ezek. 20. v. 26. 4. Euphoniæ ergò etiam hîc interdum pro

pro tzeri ſcribitur patach, תִּשְׁמַע *audire facies* Jud. 18. v. 25.

VI. *Hophal* in Præterito & Futuro habet patach, הָכְרַת *exciſus eſt* Joël 1. v. 9. וְהָשְׁכַּב *proſtratuſque fuit* Ezek. 32. v. 32. יָחֳרַם *ut anathema perdetur*, cum kametz ob pauſam Exod. 22. v. 20. יָעֳמַד *ſtatuetur* Lev. 16. v. 10.

In Participio habet kametz, מָשְׁכָּב *collocatus* 2 Reg. 4. v. 32. מָשְׁחָת *corruptus* Prov. 25. v. 26. ſemel patach וְאֶת־הַכֶּסֶף הַמּוּשָׁב *& argentum redditum* Gen. 43. v. 12. vide Maſoram marginalem hîc, & majorem in Num. 5. v. 8.

In Infinitivo habet tzeri, וְהַמְקֹלֵחַ *& ſaliendo*, item וְהַחְתֵּל *& faſciis involvendo* Ezek. 16. v. 4. Aliquando patach, הִיסַּד *fundari* 2 Par. 3. v. 3. עַל הִוָּסֵד *propter fundari* Ezr. 3. v. 11.

VII. *Hithpahel* ubique habet tzeri, וְהִתְבָּרְכוּ *benedicatque ſibi* Deut. 29. v. 19. מִתְנַחֵם *conſolans ſe* Geneſ. 27. v. 42. הִתְהַלֵּךְ *ambula jugiter* Geneſ. 17. v. 1. Patach etiam hîc aliquando ſubſtituitur, quemadmodum in Pihel, וְהִתְעַנֵּג *& oblecta te* Pſal. 37. v. 3. הִתְחַזֵּק *roboravit ſe* 2 Par. 13. v. 7. וְאֶתְנַחֲמֵם *& conſolationem percepi*, cum kametz ob pauſam Pſ. 119. v. 52. וַיִּתְאַבָּלוּ *& luxerunt indeſinenter*, itidem in pauſâ, Exod. 33. v. 4.

Para-

Paradigma Verborum Perfectorum.

I. *KAL.*

Præteritum.

f. Plural. m.	f. Singul. m.	
Com. פָּקְדוּ	פָּקְדָה פָּקַד	3.
פְּקַדְתֶּם פְּקַדְתֶּן	פָּקַדְתְּ פָּקַדְתָּ	2.
Com. פָּקַדְנוּ	Com. פָּקַדְתִּי	1.

Participium Præsens.

f. Plur. m.	f. Sing. m.	
פּוֹקְדִים פּוֹקְדוֹת	פּוֹקֶדֶת / פּוֹקְדָה	פּוֹקֵד

Participium Præteritum.

f. Plur. m.	f. Sing. m.	
פְּקִידִים פְּקִידוֹת	פְּקִידָה	פָּקִיד

Infinitivus.

Constructus.	Absolutus.
לִפְקוֹד	פָּקוֹד

Imperativus.

f. Plur. m.	f. Sing. m.	
פְּקֹדְנָה פִּקְדוּ	פִּקְדִי	פְּקֹד

Futurum.

f. Plural. m.	f. Singul. m.	
תִּפְקֹדְנָה יִפְקְדוּ	תִּפְקֹד	יִפְקֹד	3.
תִּפְקֹדְנָה תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי	תִּפְקֹד	2.
Com. נִפְקֹד	Com. אֶפְקֹד	1.

II. *NIPHAL.*

Præteritum.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.	
Com.	נִפְקְדוּ	נִפְקְדָה	נִפְקַד	3.
נִפְקַדְתֶּן	נִפְקַדְתֶּם	נִפְקַדְתְּ	נִפְקַדְתָּ	2.
Com.	נִפְקַדְנוּ	Com.	נִפְקַדְתִּי	1.

Participium.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.
נִפְקָדוֹת	נִפְקָדִים	נִפְקֶדֶת / נִפְקָדָה	נִפְקָד

Infinitivus.

הִפָּקֵד

Imperativus.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.
הִפָּקַדְנָה	הִפָּקְדוּ	הִפָּקְדִי	הִפָּקֵד

Futurum.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.	
תִּפָּקַדְנָה	יִפָּקְדוּ	תִּפָּקֵד	יִפָּקֵד	3.
תִּפָּקַדְנָה	תִּפָּקְדוּ	תִּפָּקְדִי	תִּפָּקֵד	2.
Com.	נִפָּקֵד	Com.	אֶפָּקֵד	1.

III. *PIHEL.*

Præteritum.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.	
Com.	פִּקְּדוּ	פִּקְּדָה	פִּקֵּד	3.
פִּקַּדְתֶּן	פִּקַּדְתֶּם	פִּקַּדְתְּ	פִּקַּדְתָּ	2.
Com.	פִּקַּדְנוּ	Com.	פִּקַּדְתִּי	1.

Parti-

Participium.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.
מְפַקְּדוֹת	מְפַקְּדִים	מְפַקֶּדֶת / מְפַקֶּדֶת	מְפַקֵּד

Infinitivus.

פַּקֵּד

Imperativus.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.	
פְּקֹדְנָה	פִּקְדוּ	פִּקְדִי	פְּקֹד	2.

Futurum.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.	
תִּפְקֹדְנָה	יִפְקְדוּ	תִּפְקֹד	יִפְקֹד	3.
תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי	תִּפְקֹד	2.
Com.	נִפְקֹד	Com.	אֶפְקֹד	1.

IV. *PYHAL.*

Præteritum.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.	
Com.	פָּקְדוּ	פָּקְדָה	פָּקַד	3.
פְּקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּם	פָּקַדְתְּ	פָּקַדְתָּ	2.
Com.	פָּקַדְנוּ	Com.	פָּקַדְתִּי	1.

Participium.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.
מְפֻקָּדוֹת	מְפֻקָּדִים	מְפֻקָּדָה / מְפֻקָּדֶת	נִפְקָד

Infinitivus.

פָּקוֹד

Futurum.

f. Plural. m.		f. Singul. m.	
יַפְקֵדְנָה	יַפְקְדוּ	תִּפְקֹד	3.
תַּפְקֵדְנָה	תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי	2.
Com. נִפְקֹד		Com. אֶפְקֹד	1.

V. *HIPHIL.*

Praeteritum.

f. Plural. m.		f. Singul. m.	
Com. הִפְקִידוּ		הִפְקִידָה	הִפְקִיד 3.
הִפְקִדְתֶּם	הִפְקַדְתֶּן	הִפְקַדְתְּ	הִפְקַדְתָּ 2.
Com. הִפְקַדְנוּ		Com. הִפְקַדְתִּי	1.

Participium.

f. Plural. m.		f. Singul. m.	
מַפְקִידוֹת	מַפְקִידִים	מַפְקִידָה / מַפְקִדַת	מַפְקִיד

Infinitivus.

Constr.		
לְהַפְקִיד		הַפְקֵד

Imperativus.

f. Plural. m.		f. Singul. m.	
הַפְקֵדְנָה	הַפְקִידוּ	הַפְקִידִי	הַפְקֵד

Futurum.

f. Plural. m.		f. Singul. m.	
יַפְקֵדְנָה	יַפְקִידוּ	תַּפְקִיד	יַפְקִיד 3.
תַּפְקֵדְנָה	תַּפְקִידוּ	תַּפְקִידִי	תַּפְקִיד 2.
Com. נַפְקִיד		Com. אַפְקִיד	1.

VI. *HO.*

VI. *HOPHAL.*

Praeteritum.

f. Plural. m.		f. Singul. m.		
Com.	הָפְקְדוּ	הָפְקְדָה	הָפְקַד	3.
הָפְקַדְתֶּם	הָפְקַדְתֶּן	הָפְקַדְתְּ	הָפְקַדְתָּ	2.
Com.	הָפְקַדְנוּ	Com.	הָפְקַדְתִּי	1.

Participium.

f. Plural. m.		f. Singul. m.	
מְפֻקָּדוֹת	מְפֻקָּדִים	מְפֻקָּדָה / מְפֻקָּדֶת	מְפֻקָּד

Infinitivus.

הָפְקֵד

Futurum.

f. Plural. m.		f. Singul. m.		
תִּפָּקַדְנָה	יִפָּקְדוּ	תִּפָּקֵד	יִפָּקֵד	3.
תִּפָּקַדְנָה	תִּפָּקְדוּ	תִּפָּקְדִי	תִּפָּקֵד	2.
Com.	נִפָּקֵד	Com.	אִפָּקֵד	1.

VII. *HITHPAHEL.*

Praeteritum.

f. Plural. m.		f. Singul. m.		
Com.	הִתְפַּקְדוּ	הִתְפַּקְדָה	הִתְפַּקֵּד	3.
הִתְפַּקַדְתֶּם	הִתְפַּקַדְתֶּן	הִתְפַּקַדְתְּ	הִתְפַּקַדְתָּ	2.
Com.	הִתְפַּקַדְנוּ	Com.	הִתְפַּקַדְתִּי	1.

Participium.

f. Plural. m.		f. Singul. m.	
מִתְפַּקְדוֹת	מִתְפַּקְדִים	מִתְפַּקְדָה / מִתְפַּקֶּדֶת	מִתְפַּקֵּד

Infini-

Infinitivus.

הִתְפַּקֵּד

Imperativus.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.
הִתְפַּקֵּדְנָה	הִתְפַּקְּדוּ	הִתְפַּקְּדִי	הִתְפַּקֵּד

Futurum.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.	
תִּתְפַּקֵּדְנָה	יִתְפַּקְּדוּ	תִּתְפַּקְּדִי	יִתְפַּקֵּד	3.
תִּתְפַּקֵּדְנָה	תִּתְפַּקְּדוּ	תִּתְפַּקְּדִי	תִּתְפַּקֵּד	2.
Com.	נִתְפַּקֵּד	Com.	אֶתְפַּקֵּד	1.

§ 120. Specialis anomalia est, quando vel diversa tempora, vel diversæ conjugationes in unâ dictione confunduntur.

Diversa tempora. Participium & Præteritum, שֹׁכְנָתִי *habitans*, ex שָׁכֵנְתִּ & שֹׁכְנָתִי Jer. 51. v. 13. יֹשַׁבְתִּי *sedens*, ex יָשַׁבְתִּ & יֹשַׁבְתִּי Jer. 22. v. 23. קֹנְנָתִי *nidulans*, ex קָנַנְתָּ & קֹנְנָתִי ibid. Participium & Infinitivus, הֹגִי וְהָגִי *concipiendo & meditando*, ex הָגָה & הָגִי, itemque ex הֹגָה & הָגִי Esa. 59. v. 13. Participium & Futurum, מְקַלְלֹנַי *maledicentes mei maledicunt mihi*, ex מְקַלְלִי in pausâ, & יְקַלְלֻנִי Jer. 15. v. 10. Futurum & Præteritum, אֶגְאַלְתִּי *contaminavi & con-*

& *contaminabo*, in pausâ, ex נֶאֱלָתִי & נֶאֱלַתִּי vide etiam § 171. Esa. 63. v. 3. וַתָּבֹאתִי & *venisses f.* ex תָּבֹאתִי & בָּאתִי 1 Sam. 25. v. 34.

Diversæ Conjugationes. Kal & Pihel, יִדְהֶה *persequatur*, & *persequi faciat*, ex יִרְדֹּף & יְרַדֵּף Psal. 7. v. 6. Niphal & Pyhal, נוֹלְדוּ *nati sunt*, ex יֻלְּדוּ & יָלְדוּ 1 Par. 3. v. 5. & cap. 20. v. 8. נְגֹאֲלוּ *polluti sunt à se & aliis*, ex נְגֻאֲלוּ & נְגֹאֲלוּ Esa. 59. v. 3. Niphal & Hithpahel, וְנִכַּפֵּר & *expiabitur*, ex נְכֻפַּר & הִתְכַּפֵּר, inserto ת per dages primæ radicali, Deuter. 21. v. 8. וְנִנָּסְרוּ & *erudientur*, ex נוֹסְרוּ & הִתְנַסְּרוּ Ezek. 23. v. 48. נִשְׁתַּוּוּ *æquata*, ex נִשְׁוָה & הִשְׁתַּוָּה Prov. 27. v. 15. Pyhal & Hithpahel, וְהִתְנַעֲשׁוּ & *concutiantur*, ex נְעַשְׁשׁוּ & הִתְנַעֲשׁוּ Jerem. 25. v. 16. Sic יִתְנַעֲשׁוּ מַיִם *commovebuntur aquæ*, Jerem. 46. v. 8. מִתְקוֹמֵמָה *insurgens*, ex מְקוֹמֵמָה & מִתְקֹמֵמָה Job 20. v. 27. Hiphil & Hophal, וְהִנִּיחָה *relictaque fuit*, ex הִנִּיחָה & הֻנִּיחָה Zachar. 5. v. 11. Hophal & Hithpahel, הֻכְבַּס *levari*, ex הִכְבֵּס & הִתְכַּבֵּס inserto ת per dages, Lev. 13. v. 56. הִטַּמְּאָה *causa seu occasio est data mulieri ut seipsam pollueret*, in pausâ, ex הִטְמְאָה & הִטַּמְּאָה Deut. 24. v. 4. הִרְשַּׁנָּה *pinguefacta est*, ex חִרְשְׁנָה & הִרְשְׁנָה Esa. 34. v. 6.

SECTIO VIII. de VERBIS IMPERFECTIS.

§ 121. *Verba Imperfecta* sunt, quæ radicalium literarum vel numerum, vel locum, vel conditionem essentialem non servant. Unde tres ordines nascuntur verborum Imperfectorum, nempe Plurilitera, quæ numerum definitum excedunt; Defectiva, quæ alicujus locum subinde tollunt; & Quiescentia, quæ motum alicujus desiderant.

§ 122. Verba *Plurilitera* ternarium numerum literarum radicalium excedunt.

Hæc vel diversis planè radicalibus constant, בָּרַשׁ *expandit* Job 26. v. 9. רִטְפַּשׁ *recreatur* Job 33. v. 25. כִּרְבֵּל *paludatus* 1 Paral. 25. v. 27. וְאַשְׂמְאִילָה *& sinistram petam* Genes. 13. v. 9. תִּתְחַתֵּנָּה *miscebis te* Jer. 12. v. 5. cap. 22. v. 15. יְבַרְסֶמֶנָּה *suffodiet eam*, ex בָּרְסֵם Psal. 80. v. 14.

vel u-

vel unam alteramve ex radicalibus geminant. Accidit hoc Tertiæ, וְשַׁאֲנַן *& tranquillus erit* Jer. 30. v. 10. וְאֻמְלַל *& elanguit* Hoſ. 4. v. 3. נָאְוָה *decorus fuit* Pſal. 93. v. 3. וְהִשְׁתַּחֲוָה *& reveremer incurvabit ſe* Ezek. 46. v. 2. כְּמִטַּחֲוֵי *uti jaculantes*, ex מְטַחֲוָה Geneſ. 21. v. 16. Sic וְנִפַּל *& cadet*, pro וְנָפַל, niſi potius ſit Niphal *& judicabitur* à פָּלַל *judicavit*, Ezek. 28. v. 23. Secundæ & Tertiæ, מְחַרְחַר *admodum palpitat* Pſalm 38. v. 11. חֻמְרְמָרוּ *admodum turbata ſunt* Lam. 1. v. 20. Primæ & Secundæ, יְפִיפִיתָ *admodum pulcher es* Pſalm 45. v. 3. plerumque pereunte tunc tertiâ He, וְשַׁעֲשַׁע *& oblectabit ſe*, à שָׁעָה Eſa. 11. v. 8. שַׁרְשֵׁר תְּשַׁרְשֵׁר *nudando nudaberis*, à עָרָה Jer. 51. v. 58. וְהַתְחַלְחַל *& agerrimè tulit* Eſth. 4. v. 4. תְּשַׁנְשֵׁנִי *facies ut creſcat* Eſa. 17. v. 11. הִתְמַהְמַהְתִּי *tardavi* Pſalm 119. v. 60. כְּמִתְלַהֵלָה *ſicut inſaniens* Prov. 26. v. 18. כְּמִתְקַטֵּל *ſicut decipiens* Geneſ. 27. v. 12. Huc quoque referri queunt Defectiva mediâ, & Quieſcentia mediâ radicali, quorum illa primam, iſta primam & tertiam ſubinde repetunt. Defectiva ſunt לְתַרְחֵר *ad accedendum*, à חָרַר Prov. 26. v. 21. סַלְסְלֶהָ *extolle eam*, à סָלַל Prov. 4. v. 8. וְאַאֲתִיהָ *& everram eam*, à שָׁאָה Eſa. 14. v. 23. Quieſcentia ſunt, וְכִלְכַּלְתִּי *& ſuſtenta-*

bo, à קוּל 2 Sam. 19. v. 34. וַיְפַרְפְּרֵנִי *& dirupit me*, à פָּרַר Job 16. v. 12. וַיְפַצְפְּצֵנִי *& dissipavit me*, à פּוּץ ibid.

Pleraque horum flectuntur juxta leges Conjugationum Dagessatarum, in quibus ob geminatam per dages forte mediam radicalem, in pronunciatione quatuor literæ quoque occurrunt: quemadmodum exempla producta satis evidenter id ostendunt.

§ 123. *Defectiva* verba sunt, quæ, cùm tres radicales mobiles habeant, earum aliquam interdum amittunt. Defectus autem ille est vel Primæ, vel Secundæ, vel Tertiæ radicalis: adeóque totidem sunt Defectivorum classes.

§ 124. *Primâ radicali deficiunt* Verba Inchoata à Nun, sequente dagessabili literâ, quoties ob accessum unius characteristicæ præformantis, prima radicalis schevate quiescente notanda foret, ex

§ 112.

§ 112. quam per dages forte inſerunt radicali ſecundæ, euphoniæ gratiâ.

Fit iſtud in futuro Kal, in præterito ac participio Niphal, in conjugationibus Hiphil & Hophal totis, יִגֹּל *decidet*, à נָבַל Pſal. 1. v. 3. נִמּוֹל *circumciſus fuit*, à נָמַל Geneſ. 17. v. 26. נִתֶּכֶת *effuſa eſt*, à נָתַךְ Jer. 7. v. 20. וְהַשֵּׂג תַּשִּׂיג *aſſequendo aſſequeris*, & וְהַצֵּל תַּצִּיל *eripiendo eripies*, à נָשַׂג & נָצַל 1 Sam. 30. v. 8. הַגֵּד הִגִּיד *indicando indicatum fuit*, à נָגַד Ruth 2. v. 11.

Eadem Verba in Infinitivo conſtructo & Imperativo Kal (quia etiam iſtic prima radicalis ſcheva habet, § 117.) primam radicalem per aphæreſin amittunt, & tunc in Infinitivo paragogicum ־ָה adſciſcunt.

גַּשׁ *accede*, à נָגַשׁ 2 Sam. 1. v. 15. בְּגַשְׁתָּה *in accedendo*, Num. 8. v. 19. Sed hæc aphæreſis ſine exemplo Biblico perperam inſtituitur.

Paradigma Verborum Defectivorum primâ radicali.

KAL.

Præteritum & *Participium* utrumque carent anomaliâ.

Infinitivus.

Constructus.	Absolutus.
גָּשֶׁת	נָגוֹשׁ

Imperativus.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.
גַּשְׁנָה	גְּשׁוּ	גְּשִׁי	גַּשׁ

Futurum.

f. Plural.	m.	f. Singul.	m.	
תִּגַּשְׁנָה	יִגְּשׁוּ	תִּגְּשִׁי	יִגַּשׁ	3.
תִּגַּשְׁנָה	תִּגְּשׁוּ	תִּגְּשִׁי	תִּגַּשׁ	2.
Com.	נִגַּשׁ	Com.	אֶגַּשׁ	1.

NIPHAL.

&c.	נִגַּשְׁתָּ	נִגְּשָׁה	נִגַּשׁ	*Præteritum.*
&c.	נִגָּשֶׁת	נִגָּשָׁה	נִגָּשׁ	*Participium.*

HIPHIL.

&c.	הִגַּשְׁתָּ	הִגִּישָׁה	הִגִּישׁ	*Præteritum.*
&c.	מַגִּשֶׁת	מַגִּישָׁה	מַגִּישׁ	*Participium.*
			הַגֵּשׁ	*Infinitivus.*
		&c.	הַגֵּשׁ	*Imperativus.*
		&c.	יַגִּישׁ	*Futurum.*

HOPHAL.

&c.	הֻגַּשָׁה	*Præteritum.*
&c.	מֻגָּשָׁה	*Participium.*
	&c. הֻגַּשׁ	*Infinitivus.*
&c.	יֻגַּשׁ	*Futurum.*

Inchoata à Nun sunt quoque omnia illa Verba, quæ vulgò dicuntur Defectiva primâ radicali Jod. Nam horum pleraque in Kal, vel saltem in temporibus Kal analogis inusitata sunt, חָצִיב *statuit*, חָצַב *stravit*, חָגַר *sivit*, *statuit*, יָצַת *exuretur*: eoque convenientius prima radicalis statuitur Nun quam Jod: Quæ verò in Kal, vel in derivatis occurrunt cum Jod, possunt quoque synonymum verbum habere à Nun incipiens, הִצִּיב *statuit*, non est à יָצַב, quod occurrit in Hithpahel Psal. 2. v. 2. sed à נָצַב, unde est נְצִיב *statua*, *statio* Gen. 19. v. 26. 1 Sam. 13. v. 3. sic חָקַק *cinxit*, *amputavit*, est à נָקַק *excidit*; הִצִּיק *fudit*, & in Kal יָצַק & *fudit*, à נָצַק quod synonymum alteri יָצַק *fudit*. Eodem modo וְאֶחֱזֶקְךָ & *castigabo eos*, Hos. 10. v. 10. itemque וְאֶצָּרְךָ & *formabo te* Esa. 49. v. 8. sunt à נָחַז & נָצַר, pro quibus usitatius, ista scilicet significatione, dicitur יָחַז & יָצַר. Verùm וַיִּקַץ & *evigilavit*, Judic. 16. v. 20. 1 Reg. 3. v. 15. Psalm 78. v. 65. & וַיִּשַּׁרְנָה & *rectà incesserunt* 1 Sam. 6. v. 12. non

habent defectum primæ radicalis, sed resolutionem vocalis longæ in brevem & dages forte, ex § 64. pro יִקַּח & יִשַּׁרְנָה.

Inchoatis à Nun accensendum verbum לָקַח *accepit*, quod primam Lamed eodem modo, iisdemque locis amittit, nisi & hîc placeat agnoscere synonymum נָקַח. At נִתְּקוּ *convelluntur* Job 4. v. 10. non ad לָתַת pertinet, licet indè vox מַלְתְּעוֹת *molares dentes*, descendat, sed ad נָתַץ.

Dages compensativum primæ Nun aliquando ex schevatâ excidit, ex § 61. נִכַּתָּה *proficiscamur* Genes. 33. v. 12. וַתִּתְצוּ & *destruxistis* Esa. 22. v. 10. יִקְּחוּ *accipiant* Gen. 14. v. 24.

Aphæresis occurrit in his solum Infinitivis, נָגַעַת *atingere*, נָגְּשָׁה *appropinquare*, נָטַעַת *plantare*, נָפַחַת *sufflare*, נָצַקַת *fundere*, נָשׂאַת & sine thau paragogico שָׂא *tollere*, תֵּת pro תִּתֶּנָה & sine ת paragogico תֶּן, unde cum He paragogico תְּנָה *dare*: & קַחַת *accipere*. Et in his solum Imperativis, גַּע *tange*, גַּשׁ & גְּשׁ vel etiam גֶּשׁ *appropinqua*, קַע *proficiscere*, פַּח *sufflа*, צַק *funde*, צֹר *custodi*, שָׂא *tolle*, שַׁל *solve*, שַׁק *osculare*, תֶּן *da*; & קַח *accipe*. Occurrunt tamen etiam hîc quæ analogiam sequuntur, נְתַן *dare* Num. 20. v. 21. Gen. 38. v. 9. נְשׂא *tolle* Num. 4. v. 2. 21. לְקַח *accipe* Exod. 29. v. 1, לְקַחִי *accipe* 1 Reg. 17. v. 11.

Aphæres.

Aphæresin primæ Nun in præterito Kal habet unicum תָּתָה *dedisti*, pro נָתַתָּה 2 Sam. 22. v. 41. Primam Laméd bis ibidem amisit verbum לָקַח unde est קָח *accepit*, cum kametz ad distinctionem ab Imperativo, pro לְקַח Ezek. 17. v. 5. & קָחֵם *accepit eos*, pro לְקָחֵם Hos. 11. v. 13.

Anomalia est quando prima Nun non perit, positis licet conditionibus defectum poscentibus, יִנְצְרוּ *custodient* Deut. 33. v. 9. יִנְקְפוּ *perfodient* Esa. 29. v. 1. יִנְוֶה *habitabit* Hab. 2. v. 5. וְאַנְוֵהוּ *& habitare faciam eum* Exod. 15. v. 2. תִּנָּשְׁטוּ *exigetis* Esa. 58. v. 3. הֲיִנָּטֵשׁ *an servabit iram?* Jer. 3. v. 5. כְּהִנָּךְ עָשֵׁן תִּנָּךְ *sicut propelli fumum, propelles* Psal. 68. v. 3. תִּנְצְרֶכְךָ *custodiet te* Prov. 2. v. 11. לְהִנָּתֵךְ *ad effundendum*, Ezek. 22. v. 20. לִנְפֹּל *ad cadere faciendum*, Numer. 5. v. 22. בִּנְלוֹתֵךְ *secundùm absolvere te* Esa. 33. v. 1. הִנָּתְקוּ *avulsi sunt* Jud. 20. v. 31. Sic prima Lamed non periit, in נִלְכַּד *captus est* 1 Sam. 4. v. 22. & v. 11. נִלְקְחָה *capta est*, ibid. v. 17.

Anomalia quoque est, quando prima Nun perit sequente indagessabili: quo casu dages vel compensatur productâ vocali brevi; vel implicitè latet in vocali brevi, נָתַם *consolationem accepit*, pro נִנְחַם in Niphal 2 Sam. 13. v. 39. תֵּתֵד *descendet f.*, pro תִּנְחַת Prov. 17. v. 10. יֵתַד

descendit Jer. 21. v. 13. יֵחָתוּ *descendent*, pro יֵחָתּוּ in pausâ, resoluto kametz in patach & dages Job 21. v. 13. נֶחֱתוּ־בִי *demissæ sunt in me*, pro נֶחֱתּוּ Psal. 38. v. 3.

§ 125. *Secundâ radicali deficiunt*, quæ secundam tertiamque radicales similes, & utramque mobilem habent.

סָבַב *circumdedit*, חָנַן *gratiosus fuit*. Huc proinde non pertinent נָהָה *sanavit*, כָּהָה *caligavit*, לָהָה *insanavit*, נָחָה *lamentatus est*, קָהָה *obtusus fuit*, רָהָה *formidavit*, quia ultima est quiescens, & hac propter penultimæ dissimilis.

Defectus iste observandus est in Conjugationibus Non-dagessatis. Nam in hisce omnibus, ad vitandum concursum similium literarum, media radicalis ejicitur, atque unà punctum antecedens.

Sequens enim punctum, sive proprium, perire nequit, cùm terminale sit, & distinctionem temporum ac conjugationum indicet, juxta § 119. תַּם־ *finitus est*, à תָּמַם Lam. 4. v. 22. דַּק *comminutus fuit*, à דָּקַק Deut. 9. v. 21.

Præte-

Præteritum tamen & utrumque Participium in Kal analogiam ferè sequuntur.

וְסָבַב *& circumivit* 1 Sam. 7. v. 16. וְגָלַל *volvantque* Genes. 29. v. 8. בָּזַזְנוּ *prædam egimus* Deuter. 2. v. 35. וְתֹגְגִים *& tripudiantes* 1 Sam. 30. v. 16. אֲרוּרִים *maledicti* Jos. 9. v. 23. Rarior aliàs est analogia, לָגֹז *ad tondendum* Gen. 31. v. 19. לְשָׁדֹד *ad vastandum* Jer. 47. v. 4. לְחַמָּם *ad incalescendum*, cum kametz ob pausam Esa. 47. v. 16. מְשַׁמֵּם *desolando* Mich. 6. v. 13. הָרְנִנוּ *jubilare facite* Deuter. 32. v. 43. מְשֹׁמְמִים *obstupescens* Ezek. 3. v. 15.

Præformantes characteristicæ loco vocalis brevis, natæ ex § 112. (quia scheva quiescens primæ radicalis unà cum secundâ radicali periit,) accipiunt longam, ad complementum syllabæ, eamque ut plurimum oppositam.

Oppositio in mutatione observatur in Hiphil & Hophal, וְהִסֵּב *& convertit*, pro הִסְבִּיב ex הֻסְבַּב Ezr. 6. v. 22. פֻּחֲתִם *secundùm consummari*, pro

pro תַּתֵּם ex תַּתֵּם Dan. 8. v. 23. יִגַּק *comminuetur*, cum kametz ob pausam, pro יִגַּק ex יִגָּקֵק Esa. 28. v. 28. (at אָחֵל *profanabo* Ezek. 39. v. 7. יְחֵל *profanabit* Num. 30. v. 3. resoluto kametz in patach & dages, quod heic implicitum est, ad distinguendam significationem ab אָחֵל *incipiam* Deut. 2. v. 25.

Participium Hiphil hîc semper habet punctum Præteriti sui, (quod etiam in Perfectis fit, sed rarò, § 112.) מֵחֵל *incipiens* Jer. 25. v. 29. מַצֵּל *umbram faciens* Ezek. 31. v. 3. quod interdum etiam retinetur in infinitivo, הַחֵל *profanare* Ezek. 20. v. 9. לְהַדֵּק *ad comminuendum* 2 Par. 34. v. 7. In Futuro Kal, itemque in Præterito ac Participio Niphal assumitur vocalis longa Kametz, quæ & ipsa nonnunquam שֶׁ Chirek brevi opponitur § 47. וְיָרֵן *& jubilabit*, pro יָרֵן ex יִרְנֵן Esa. 35. v. 6. וְנָקֵל *& leve erit*, pro נָקֵל ex נִקְלָל 2 Reg. 3. v. 18. Oppositio frequentior tamen etiam in his nonnunquam observata, וַתִּקַּל *& vilis fuit*, ex תִּקְלָל Genes. 16. v. 4. וְנִקַּל *& vilis fui*, ibid. v. 5. יֵמַר *amarus erit*, ex יִמַּר Esa. 24. v. 9. אֵיתָם *integer ero*, cum kametz ob pausam, & inserto jod per epenthesin, ex אֶתֹּם Psal. 19. v. 14. Sic duo participia Niphal, נְאָרִים *maledicti*, ex

ex גֹּאֲרִים Mal. 3. v. 9. הַנֶּחֱמִים *qui incalescunt*, ex נֶחֱמָמִים Esa. 57. v. 5. quæ tamen per anomaliam servarunt tzeri antepenultimum ab accentu, posterius etiam patach dages forte contraxit in kametz, nisi satius sit Aramæismo adscribere, ex § 174. citra anomaliam servati utrobique tzeri & kametz. Aliquando longa resolvitur in brevem & dages; וַיַּכֵּבוּ *& circumire fecerunt*, pro יַכֵּבוּ 1 Sam. 5. v. 8. Cæterum vocalis longa characteristicæ, quia non est compensativa mediæ radicalis, sed solùm introducta ad complementum syllabæ, mutabilis est, & mutatur, quotiescunque longius ab accentu distat, נְשַׁמּוֹת *vastatæ*, à masc. נָשַׁם Esa. 54. v. 3. מְסַבְּבַי *circumdantes me*, à sing. מֵסֵב Psalm 140. v. 10. In Hiphil tamen, si prima radicalis fuerit gutturalis Cheth, & accentus descenderit, He characteristicum vocalem longam resolvit in brevem & dages implicitum, הַחֲקוֹתִי *contriviſti* Esa. 9. v. 3. הַחֵלוֹתִי *cœpi* Deut. 2. v. 31. הָחֵלָּם *incipere eos* Gen. 11. v. 6. Ante gutturales alias regularis mutatio est, הַהֵלִּי *in lucere faciendo ipsum*, ex § 106. pro בַּהֲהֵלִּי Job 29. v. 3.

Affermantes quoties accedunt media radicalis ejecta compensa-

tur

tur per dages forte, tertiæ radicali inscriptum, ex § 62.

Interdum tamen vocalis brevis & dages compensativum contrahuntur in vocalem longam, קְבַה־לִי *maledic mihi*, pro קִבְּה Num. 22. v. 17. וְחָיְתָה *& vivet*, pro וְחָיָה à חָיָה Exod. 1. v. 16. וְנִבְנֶה *& deprædabimur*, pro נִבְזָה 1 Sam. 14. v. 36. sic cum affixis, אֲרִיקֵם *attenuabo eos*, pro אֲרִקֵּם Psal. 18. v. 43. כְּהַחְמָךְ *secundùm absolvere te*, pro כְּהַחְמָךְ Esa. 33. v. 1. יְחִיתֵן *terrefaciet eas*, pro יְחִתֵּן Hab. 2. v. 17. Aliquando dages excidit § 61. & antecedens vocalis ob afformantis asyllabæ accessum analogôs abit in scheva, § 115. וְנִבְלָה *& confundèmus*, pro נִבְלָה Gen. 11. v. 7. וְנִבְקָה *& evacuabitur*, pro נִבְקָה Esa. 19. v. 3. וְנִסְבָּה *& ambiebatur*, pro נִסְבָּה Ezek. 41. v. 7.

Sed Asyllabæ non deducunt accentum, contra § 115.

וְתֵחָתָה *& consternata fuit*, cum kametz ob pausam Jer. 48. v. 1. שֹׁמּוּ *obstupescite* Jer. 2. v. 12. נְשַׁמָּה *vastata est* Ezek. 25. v. 3. הֵחֵלָּה *incepit* f. Jud. 20. v. 41. At interdum accentus descendit in Kal, רַבּוּ *multa sunt* Psal. 69. v. 5. רַכּוּ *mollia sunt* Psal. 55. v. 22. שַׁחוּ *incurvant*

vant se Hab. 3. v. 6. זַכּוּ *puri sunt* Lam. 4. v. 7. רַנְּנוּ *jubilate* Esai. 44. v. 23. רָנִּי *jubila* Esai. 54. v. 1. גֹּזּוּ *tonde* Jer. 7. v. 29.

Syllabicæ, ne duo schevata quiescentia in medio concurrant, (quod fieret ex § 44. & 114. tolerari autem nequit, ex § 39. & 50.) præmittunt sibi in Præteritis cholem, in Imperativis ac Futuris jod quiescens in segol, & accentus immediatè antecedit affor-mantes; exceptis תֶּם & תֶּן, quæ accentum sibi sumunt.

שָׁלוֹתָ *spoliasti*, pro שָׁלַלְתָּ ex שָׁלַלְתָּ Hab. 2. v. 8. דַּלּוֹתִי *attenuatus sum* Psal. 116. v. 6. בָּזּוֹנוּ *prædati sumus* Deut. 3. v. 7. תְּסֻבֶּינָה *circumdabant* Genes. 37. v. 7. (in נְשַׁדְּנוּ *vastati sumus*, Kibbutz vicarium vocalis schurek scribitur loco epenthetici cholem, pro נְשַׁדּוֹנוּ Mich. 2. v. 4.) Pro epenthetico cholem scribitur Chirek longum in וַהֲפַתִּיתָ *& confringes*, pro וַהֲפַתּוֹתָ Prov. 24. v. 28. alii tamen malunt analogum esse

Pihel

Pihel à פִּתָּה cum He interrogativo, *& an pellecturus esset?* Epentheticum cholem sæpe scribitur defectivè sine vav; הִסִּבְתָּ *convertisti* 1 Reg. 18. v. 37. Epentheticum Jod aliquando prorsus perit, manente tamen segol, תְּצַלֶּינָה *tinnient*, pro תְּצִלֶּינָה 1 Sam. 3. v. 11. Quædam anomalôs fiunt acuta, חִמּוֹתִי *incalui*, juxta Kimhium Esa. 44. v. 16.

Terminale punctum aliquando variat.

I. *Kal* hebet in Præterito patach, רָבּוּ *multiplicati sunt*, cum kametz ob pausam Psal. 4. v. 8. bis cholem, וַיָּרֹבּוּ *& jaculati sunt* Genes. 49. v. 23. רָמוּ *attollunt se* Job 24. v. 24. in Infinitivo cholem, סֹב *circumire* Deut. 2. v. 3. aliquando schurek, לָשׁוּחַ *ad tempestivè eloquendum* Esa. 50. v. 4. וְלָבוּר *& ad declarandum* Eccles. 9. v. 1. ter patach, פָּשַׁשׁ *juxta tendere* Jer. 5. v. 26. לָרַד *ad sternendum* Esa. 45. v. 1. לְהָרֵם *ad declarandum ea* Eccl. 3. v. 18. in Imperativo cholem, סַב *verte te* 1 Sam. 22. v. 18. rarò patach, גַּל *devolve* Psal. 119. v. 22. עֲרוּ עֲרוּ *exstirpate, exstirpate*, à עָרַר, unde nomen עֲרִירִי *ἄπαις*, qui liberos nullos vel habet, vel relinquit, vel felices relinquit, Psal. 137. v. 7. aut ערר synonymum est עָרָה עָרְיָה *nudatus fuit*, sicut

sicut וַיְמָהּ & אֹרְרֶיךָ אָרוּר: *maledic mihi* Num. 22. v. 6. quod imitatur קַבְּהִי־לִי *exsecrare mihi*, pro קַבָּה ibid. v. 11. 17. at in עֻזָּה *robora*, schurek vicarium est pro kibbutz, deducto accentu, à עֻז Psal. 68. v. 29. In Futuro cholem, יֶחֱם *calefiet* Esa. 44. v. 16. interdum patach, וַתִּקַּל *& vilis fuit* Gen. 16. v. 4. aut schurek, יָרֹן *cantabit*, Prov. 29. v. 6. יָרוּץ *conteretur*, Esa. 42. v. 4. & pro schurek kibbutz וְתָרֻץ *& conteratur* Eccles. 12. v. 6. Huc refertur יָשׁוּד *vastabit* Psal. 91. v. 6. à שָׁדַד: sed etiam à שׁוּד synonymo derivari potest, unde שֵׁד שֵׁדִים *dæmones*. II. *Niphal* habet in Præterito patach, נִשַּׁמּוּ *vastati sunt* Esa. 33. v. 8. aliquando cholem, נָדוֹּ *detonsi sunt* Nah. 1. v. 12. וְנָגֹלּוּ *& convolventur* Esa. 34. v. 4. וְנִקְשׁוּ *& fastidio erunt* Ezek. 6. v. 9. aut tzeri, וְנִמַּס *& liquefiet* Ezek. 21. v. 7. נִסַּבָּה *conversa est* Ezek. 26. v. 2. נִקַּל *leve est* Esa. 49. v. 6. In Participio kametz, נָבָר *mundus* 2 Sam. 22. v. 27. rarò tzeri, וְנִמָּס *& liquescens* 1 Sam. 15. v. 9. נִסְבָּה *causatum* 2 Par. 10. v. 15. In Infinitivo cholem, חֹתַם *absolvi:* aut tzeri, בְּהִמָּס *ut liquescere* Psal. 68. v. 3. semel patach, לְהִתְחַלּוֹ *ad profanandum*

